BREVIS, AC COMPENDIARIA SYNTAXIS PARTIVM Orationis inſtitutio, ex variis ſcriptoribus collecta.

AVCTORE IOANNE TORELLA,
in Academia Valentina publico profeſſore.



BIBLIOTECA NAZ.
VITTORIO EMANUELE
ROMA

VALENTIAE, Apud Petrum Patricium
Mey, iuxta templum Diui Martini.
1619.

A coſta de Iuan Bautiſta Marçal.

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNES TORRELLA PERPINIANENSIS, DOCTISſimo viro Laurentio Palmireno, primæ claſsis Academiæ Valentinæ digniſsimo Præfecto. S. P. D.

CVM primum tradita mihi fuit Senatuſconſulto prælegẽdi Syntaxim prouincia, vir eruditiſsime, diu mecum cogitaui, quem potiſsimum ſcriptorẽ, in tanta peritiſsimorum frequentia, meis auditoribus aſſumerem prælegendum. Audiebam enim varias hominũ de hac re ſententias, quæ paulo momento me ad hũc, atque illum ſuſcipiendum impellebant. Quidã Nebriſſenſem, Hiſpanorum fere omnium, qui de literis humanioribus benemeriti ſunt, optimum inſtituendi magiſtrum expoſcebant. Alij Eraſmi opuſculum de octo partium orationis conſtructione, quarto libro Nebriſſenſis, ob eas cauſas, quas ſibi confingebant, multis partibus cenſebant anteponendum. Plures aptiſsimam illam præceptoris mei Andreæ Semperij inſtitutionem, quam ipſe nuper foras datam cum ſummo ſcholaſticorum applauſu in hac Academia prælegeram, ſummis clamoribus efflagitabant. In qua rerum difficultate & magnitudine, cũ veluti anguſtijs opprimerer, omni ope deſtitutus, ad te, tanquam ad ſacrã anchoram, confugi, conſiliũ atque auxilium expetens. Tu enim ſolus eſſe in hac Academia videbaris (abſit dicto cuiuſquã

iniuria(qui me animo fluctuãtem facile poſſes ſubleuare.
Quod ita eſſe citißime re ipſa comprobaui. Nam ne cui, labore eius poſthabito, iniuriam facerem, vnde illius ſequaces mihi poſſunt clanculum oblatrare: conſuliſti maturo, atque ſagaci conſilio, vt ex omnibus vtilißima quæque decerperem, decerpta in optimam methodum, quæ in docendo maxime deſideratur, referrem: & tandem illa meis auditoribus dictarem, atque exponerem. Quod quidem conſilium tam libenter accepi, quam abs te animo amico & ſyncero datum eſſe cognoui. Cuius rei fœlicißimus ſane ſucceſſus me nunc adhortatur, vt opuſculum ipſum meis omnibus collegis gratum, & auditoribus admodum vtile typis tradam excudendum: quippe indignũ videtur dignitatis noſtræ, libellum alioqui vtilißimum, non curantia adoleſcentium mendoſe ſcriptum quotidie huc atque illuc circũferri. Quare hiſce cauſis concitati Syntaxim noſtram in lucem emittimus. Volumus autem eam in tuo nomine apparere, vt ſit amicitiæ noſtræ verißimum teſtimonium. Et ſiqui hoc meum factum mihi vitio verterint, me aduerſus illos tuendum, defendendumq; ſuſcipias: quandoquidem aperte noſti, me non ex libello gloriam quærere, ſed auditorum vtilitatem aucupari: & cauere ne deſcribendi, & excipiendi moleſtia frangantur puerorum ingenia, vel deſperatione langueſcat induſtria. Vale.

Digitized by Google

DE SYNTAXI, HOC EST, DE CONSTRVCTIONE PARtium Orationis.

SYNTAXIS, Latine dicta conſtructio, eſt pars Grammaticæ, docens rectam partiũ orationis inter ipſas cõpoſitionem: quæ duplex eſt, Propria, & Figurata.

Propria Syntaxis eſt apta partium orationis compoſitio, cui nec quippiam deeſt, nec redundat, nec loco ſuo abeſt, nec immutatur.

Figurata eſt, quæ à propria numero, hoc eſt defectu, & exceſſu, ordine, & immutatione diſcedit.

Propria autem duplex eſt: vna intranſitiua, vel abſoluta, quæ partium orationis affinitates, ſeu concordantias tantum docet: altera tranſitiua, quæ præter conformationes partium, caſus etiam quibus ſingulæ conſtruuntur, oſtendit.

Ab aliis in concordãtiam, & regimen diuiditur.

De Syntaxi nominis Subſtantiui.

In tor, trix ſor, us, ioq. finita.

NOmina ſubſtantiua ſignificantia rem poſſeſſam, & verbalia à poſteriori ſu-

pino

Digitized by Google

minum? & adiectiua formam participiorũ habentia: vt negligens amicorum, falſus ani mi, expertus belli, oblitus ſui: cum his nominibus, compos, reus, potens, ſecurus.

Nomen partitionis duplex eſt, vnũ, quod ſignificat multa ſigillatim: vt quiſque, vnuſquiſque, vterque, neuter: alterum, quod vnum ex multis, vt alter, alius, cætera, reliquus.

Quæ indicant gratificationem, commodum, facilitatem, æqualitatem, ſubmiſsionem, aptitudinem, aut contra; in bilisque deſinentia, dandi caſum admittunt: vt gratus, ingratus; vtilis, inutilis; facilis, difficilis; par, impar; ſupplex, rebellis; aptus, ineptus; amabilis, affabilis.

Nomina, quibus ſimilitudo, fidelitas, cõiunctioque ſanguinis, aut vitæ exprimitur, & hoc nomen conſcius, vtrique caſui adhærent: vt ſimilis, diſsimilis, patris, aut patri; fidus, infidus Regis, aut Regi; cognatus, affinis, amicus, ſocius, vicinus, condiſcipulus Cæſaris, aut Cæſari; conſcia mens recti; & Terentius in Adelphis: Ego mihi conſcia ſum, à me culpam hanc procul eſſe.

Ex his quę ſubſtãtiue capiũtur, magis genitiuo gaudent.

Conſcius iunctum nominibus rei inanimatæ, genitiuum ſæpius habet: vt conſcius mali, & peccati: non autem malo, & peccato.

Adiectiua animi propenſionem ſignifi-

Hæc etiam cum dandi caſu conſtructa reperies.

cantia, & quędam ad facultatem, promptitudinem, vehementiam, aut his contraria, pertinentia, quarto caſui nominis, vel gerundij adhærent cum præpoſitione ad, vel in; vt pronus ad repetendum, procliuis ad libidinem; aptus, commodus, idoneus, paratus, promptus, ſculptus, ſegnis ad vtrũq. & vehemens ad dicendum.

Hæc in ſextum caſum tranſeunt, captus, caſſus, contentus, extorris, fretus, ſtupidus, fœtus, orbus, ornatus, onuſtus, prędıtus, viduus, & alia permulta.

Hęc ſepius cum ablatiuo.

Hæc autẽ nomina, conſultus, dignus, dis, diues, fœcundus, plenus, refertus, locuples, vacuus, vtroque caſu gignendi & auferendi vſurpantur: vt dignus honoris, vel honore.

His adduntur macte vocãdi caſus, & certior; ſed huic cum ſexto caſu ſemper adhibetur præpoſitio, de: vt macte animi, macte virtute; tui conſilij, vel de tuo conſilio fac me certiorem.

Raro cum gignendi caſu.

Adiectiua ad aliquam dimenſionem ſpectantia, cum accuſandi, vel auferendi caſu conſtruũtur: vt altus, craſſus, latus, longus, profundus quingentos pedes, vel quingentis pedibus.

Nomina diuerſitatis, originis, & numeri, ablatiuis cum præpoſitione iunguntur:

vt

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

vt alter ab illo, aliud à libertate, alienus à dignitate, diuerſus à literis; Saguntini à Zacyntho oriundi, primus à Virgilio, ſecũdus ab Homero, quartus à Cicerone.

Alienus cum ſexto caſu ſine præpoſitione ſæpiſſime legitur apud Cic. ſecundus vero cum tertio caſu primum omnium, vel par cuiuis ſignificat: vt nulli pietate ſecundus.

Denique communis & commune triplicem habet conſtructionem: vt hoc eſt commune omnium, vel omnibus, & commune mihi tecum, & cum cæteris.

De *comparatione.*

GRadus comparationis ſunt tres. Poſitiuus, vel abſolutus: vt iuſtus. Comparatiuus: vt iuſtior, & iuſtius, Superlatiuus: vt iuſtiſsimus.

Abſoluta, vel poſitiua ſunt omnia nomina adiectiua, quorum ſignificatio vel augeri, vel deprimi poteſt: vt candidus, piger, prudens, breuis, obſcurus.

Hæc autem nomina, ingens, omnis, cunctus, ſummus, vnicus, imus, medius; & aduerbialia, numeralia, & pronomina nõ ſunt poſitiua iudicanda, cum intenſionem, aut remiſsionem non admittant.

Ingentior & ipſiſsimus licẽtia poetica dicta cenſentur.

Almus vero, & nomina finita in bundus, lætabundus, ſitibundus, moribundus, & ſimilia,

milia, quamuis eorum ſignificatio intendi, vel remitti poſsit, nequeunt tamen comparari.

Coparatiuum nomen eſt, quod vnum, vel plura ſui, vel alieni generis ſuperans, diſſoluitur in poſitiuum, & hoc aduerbium magis: vt tu es doctior illo, vel illis, hoc eſt, magis doctus.

Cum gignendi caſu numeri multitudinis inter duo raro, ſeu vt quidã volunt, nunquam.

Nomina comparatiua fiunt à genitiuo ſigulari addita or, & us, ſi poſitiua ſunt ſecundæ declinationis: vt iuſti, iuſtior, & iuſtius: ſi tertiæ, à datiuo, ijſdem ſyllabis adiunctis: vt forti, fortior, & fortius.

Conſtruuntur nomina comparatiua cum ablatiuo ſine præpoſitione: vt Cicero fuit eloquentior Demoſthene. Nonnunquam etiam cum altero ablatiuo, qui menſuram exceſſus ſignificet: vt ſum te procerior cubito.

Hæc coniunctio, quam, eligit ſimiles caſus in comparatione: vt Terentius eſt grauior quam Plautus: & quis ignorat Terentium grauiorem eſſe quam Plautum?

Hi autẽ ablatiui, ſpe, opinione, æquo, iuſto, ſolito, dicto, eleganter comparatiuis adhibentur, & in verbũ à quo emanant, vel in nominandi caſum cũ verbo eſt, diſſoluultur, præeunte coniunctione quã: vt ſum felicior ſpe hominum, hoc eſt, quã hominis ſpe-

Digitized by Google

Digitized by Google

ſperant: & humanior iuſto, hoc eſt, humanior quã iuſtum eſt. Dicimus etiã, doctior quam pro ætate, & clementior quam pro imperio.

Superlatiuum nomen eſt, quod vltimum exceſſum ſignificat, & ad plura duobus ſui generis relatũ, omnibus antefertur, ac per poſitiuum & aduerbium maxime redditur: vt Scipio Africanus fuit moderatiſsimus Romanorum, hoc eſt, maxime moderatus.

Ad plura diuerſi generis raro. Lege Lina.

Sed vſurpatum ſine appoſito, retinet abſoluti, & eiuſdem aduerbij maxime, ſignificationem: vt Hannibal callidiſsimus, id eſt, maxime callidus.

Formatur ſuperlatiuum à genitiuo ſingulari nominum ſecũdæ declinationis, addita ſ, & ſimus: vt iuſti, iuſtiſsimus; & à genitiuo tertiæ, addita ſimus, tantum: vt fortis, fortiſsimus.

Sed in nominibus in er, exeuntibus, fit à recto ſingulari, adiuncta rimus: vt tener, tenerrimus; & vetus facit veterrimus, ex terminatione vetuſta veter.

Superlatiuum conſtruitur cum genitiuo plurali, niſi nomen in ſingulari numero ſignificet multitudinẽ, cuiuſmodi ſunt gens, turba, populus, & ſimilia: vt Lodoicus Viues Hiſpanorum doctiſsimus, & Valentinæ gentis acutiſsimus.

Super-

Superlatiuum exceditur quidem comparatiuo,ſed tamen poſtpoſito: vt eloquētiſsimus fuit Hortenſius, ſed eloquentior Cicero.

Inter plura & paria eiuſdem generis vno tantū eminente,ſoli comparatiuo locus eſſe debet,adhibito nomine partitiuo.Lege Vallam lib.1.c.13. Deinde ſuperlatiuum non eſt neceſſe conueniat ſemper cum genitiuo plurali in genere,vt volunt Grāmatici.Itaque dices,hæc turris eſt altißima ædificiorum: vel altißimum ædificiorum,vbi nomē ſupremi gradus conuenit genere cum gignendi caſu numeri multitudinis.

Cōparatiua nomina, & ſuperlatiua præter propriā conſtructionem, aſſumūt etiam caſum poſitiuorum vnde ducuntur: vt ſum te ſimilior patri, & illum omnium aptiſsimum huic rei futurum eſſe cognoſco.

Ante, inter, è, & ex, vtrique gradui adhærent: vt ſcelere ante alios immanior omnes Pygmaleon; fideliſsimi ante omnia homini canes; inter nos fortior eſt, aut fortiſſimus; & minor, aut minimus ex ipſis erat.

Hæc autem anomala, bonus,melior, optimus;malus, peior,peſsimus;magnus, maior,maximus; multus, plus, plurimus; paruus,minor, minimus; & compoſita à dico, facio, loquor, & volo, illegitime forman-

tur:

Digitized by Google

Digitized by Google

tur: vt beneuolus, beneuolentior, beneuolentiſsimus.

Quæ vero habent vocalem ante us, non formant cōparatiua, neque ſuperlatiua; ſed poſitiuis, & his duobus aduerbijs, magis, & maxime, ſupplentur: vt arduus magis, & maxime arduus; nam tenuis, tenuior, & tenuiſsimus habet.

Strenuus ſtrenuiſsimus habet & pius piiſsimus, & pientiſsimus.

Illa tamen quinque, facilis, agilis, gracilis, humilis, ſimilis, comprehenſa hac dictione fagus, formant ſuperlatiuum a à recto, is ablata, & adiuncta limus: vt facilis, facillimus; agilis, agillimus; quibus additur docilis, docillimus.

Hinc facile conſtat terminationes ſuperlatiuorum eſſe complures, ex quibus frequentiſsime ſunt tres, ſimus, limus, & rimus.

Poſtremo à verbis, aut participijs futuri in dus, quantumuis nomina fiant, non ducuntur comparatiua, neque ſuperlatiua. Nam potior, & potiſsimus, à potis, ſiue pote fiunt, nō à verbo potior; & deterior à voce vetuſta deter, non à verbo detero. Participia vero ſupplentur aliquo aduerbio intendendi: vt admodū reuerendus, perquam colendus, & ſimilia; non autem reuerendiſsimus, & colendiſsimus.

Omnis, & cunctus, poſitiuo, & compa-

rati-

ratiuo fere iungũtur: vt omnes boni, vtiliora omnia; cuncti ſapientes, aut ſapientiores ita ſentiunt.

Vter ſoli cõparatiuo: vt vtrũ honeſtius, philoſophari ne, an Rempub. adminiſtrare?

Quis, & quiſque ſuperlatiuo: vt optimus quiſque, ex multis quid optimum factu ſit, quæritur.

Interdum comparatiuis, additis aduerbiis in o, tãto, quanto, eo, &c.

Præterea, Quiſque adhæret quibuſdam poſitiuis ſuperlatiuo carentibus: vt vnus, decimus, ſingularis, & quotus: ſed huic ſemper cum interrogatione: vt quotuſquiſque Philoſophorum inuenitur, qui ita ſit moderatus? hoc eſt, rarus, aut nullus.

Deminutum nomen eſt, quod minus ſignificans quam primogenium, eiuſdem generis, ſignificationis, formæque legitimæ eſſe debet: vt fraterculus, ſororcula, corpuſculum, philoſophaſter. Vnde fit vt muſculus, cicercula, tabernaculum, vmbraculũ, &c. deminuta non ſint. Dicuntur autem inuenta nomina deminuta, modeſtia, blanditijs, neceſsitate, & amplificatione.

Muſculus vero pro paruo mure, vere deminutum eſt.

De nominibus Relatiuis.

RElatiuum eſt, quod rem iam poſitam tacite repetit, vel quod refert aliquod antecedens.

Rela-

qualibus dolis quos cernas
uter oculorum asperis piscatior
qualibus dolis piscis cernas ligere
uter pedum m[illegible]tior
Sequuntur cum [illegible] ascenscendo
ut quisque ... est ita estimat

Digitized by Google

Digitized by Google

Relatiuum eſt duplex, vnum ſubſtantiæ, quod antecedens ſubſtantiuum refert, & cũ eo genere, numero, perſonaque cõcordat: vt bene de Rpubl. meretur Palæmon, qui pueritiam diligẽter inſtituit. Huius naturæ ſunt, qui, quæ, quod, nomen: hic, iſte, ille, ipſe, is, idem, pronomina; cum his duobus reciprocis, ſui, & ſuus: de quibus paulo poſt dicemus.

Alter, alius, cætera, reliquus, à quibuſdam relatiua ſubſtãtiæ diuerſitatis, ſeu diſsimilitudinis appellantur: ab alijs nomina partitiua, vnum è multis ſignificantia: quæ ſecundum caſum exigunt.

Alterum accidentis, quod nomen adiectiuum eiuſdem naturæ refert, & ſubſtantiuo ſequenti affinitate reſpondet: cuiuſmodi ſunt, qualis, quantus, quot, quotus, quoteni, quotuplus, quotuplex, quotennis; cuius, cuia, cuium; & hic, hæc, hoc, cuias: vt ver eſt gratiſsimum hominibus, qualis eſt aurora Muſis: & fluuius magnus, quantum eſt mare.

Hęc à Grãmaticis appellantur relatiua ſubſtantiæ ſimilitudinis.

Placuit nobis in gratiam puerorum exempla ſubijcere: vt parum exercitati facilius intelligant hæc referentia ad quæ appoſita eiuſdem naturæ dicantur referri.

Itaque qualis refertur ad nomina appoſita ſignificantia qualitatẽ, bonum, malum, pulchrũ, deformem,

mem, album, nigrum, & ſimilia: vt puella deformis qualis Therſites.

Quantus, ad magnum, paruum, longum, breuẽ, latum, anguſtum, bicubitum, bipedalem, & reliqua ſignificantia quantitatem: vt domus magna quantum eſt templum.

Quot, ad duo, tria, quatuor, & alia numeralia eiuſdem naturæ: vt nutrix interfecit ſeptẽ pueros, quot ipſa nunquam pepererat.

Quotus, ad primum, ſecundum, tertium, quartum, & ad reliqua numeralia ordinis: vt primus ſedebat, quotus ſederas tu.

Quotenni, ad ſingulos, binos, ternos, quaternos, & ad numerantia diſtributionis: vt binas ad te literas miſi, quotenas a te nunquam accepi.

Quotuplus, ad ſimplum, duplum, triplum, centuplum: vt porrige huc ſimplum thoracem, quotuplum ludus pilæ videtur poſtulare.

Quotuplex, ad ſimplex, duplex, triplex, quadruplex, & cetera nomina in plex: vt nomen eſt duplex, quotuplex verbum.

Quotennis, ad biennẽ, triennem, quadriennẽ, & ad bimum, trimum, quadrimũ, nomina, ſignificantia numerum annorũ: vt Herodes noluit interficere porcum biẽnem, quotennes interfecit infantes.

Cuius, a, um, ad pronomina poſſeſſoria, meũ, tuũ, &c. & caſus gignẽdi nominũ: vt liber eſt præceptoris, cuia eſt ferula: & meus eſt ager, cuiũ eſt ſemẽ.

Cuias,

Cuius, ad nomina patriæ vel ſectæ: vt Sēperius fuit Valentinus, cuias fuit Lodoicus Viues; & Cicero fuit Stoicus, cuias non fuit Pythagoras.

Hæc nomina talis, tantus, tot, & totidem, præpoſita vel ſubſeqētia, ſolent reſpondere his nominibus, qualis, quātus, & quot: vt tales euadimus, quales ſunt cum quibus agimus, & quot homines, tot ſententiæ.

Relatiuum qui, quæ, quod, inter duo nomina appellatiua poſitum, cum vtrolibet poteſt conuenire: vt noctu apparent ignes, quæ ſydera, vel quos ſydera vocamus. At ſi alterum fuerit propriū, cum illo congruere debet: vt eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur.

Hoc relatiuum qui, quæ, quod, quamuis Grammatici præcipiant debere cū proprio nomine conuenire, tamen ex ſententia recentiorum vos admonitos volo, ſæpius & venuſtius cū ſubſtantiuo præcedenti concordare. Quod facile probant exēpla Ciceronis, Plinii, Q. Curtii, & aliorū ſcriptorum ſummæ auctoritatis.

Nomen patronymicū eſt, quod ſignificat filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel ex poſteris aliquē, & à nominibus patrum propriè deriuatur: vt Priamides, filium, vel nepotem, vel aliquem ex poſteris Priami ſignificat.

atronymicorū terminationes quatuor ſunt, us,

B des,

des,is,ne: vt Pelis,dis,filia,vel neptis Pelei: Æacides,filius,vel nepos Æaci: Priamis, dis, filia, vel neptis Priami. Adraſtine, Acriſione, Nerine, filia, vel neptis Adraſti, Acriſii, vel Nerei.

Sed his nominibus raro vtuntur Oratores, Poetæ vero ſæpiſſime.

De Pronomine.

PRonomen pluralẽ gignendi caſum exigit, ſecum genere congruentem: vt Catonum, ille Cenſorius, hic Vticenſis vocatur.

Omnia pronomina ſunt plane demonſtratoria, ex quibus duo, noſtras, & veſtras, non ſolum nationem, aut patriam indicãt, ſed etiam ad partes, ſectas, & ordines trãſferuntur: vt noſtrates Philoſophi non ſunt ita populares vt veſtrates, qui ab Epicuri ſchola prodierunt; & veſtratia Dialectica verba ſordent, noſtratia vero Oratoria fulgeſcunt.

Lege Vallam. Linacrũ, & Suſemb.

Sunt & relatiua hęc, Hic, iſte, ille, ipſe, is, idem. Duo reciproca, ſui, & ſuus, quæ ſemper ad primum ſuppoſitum reflectuntur: vt Traſo amat ſe, ſibi indulget, rogauit [illegible] vt ad ſe veniam. Cicero remini[illegible] rum ſuorum.

Digitized by Google

Superlatiuum exceditur quidem comparatiuo, ſed tamen poſtpoſito: vt eloquẽtiſsimus fuit Hortenſius, ſed eloquentior Cicero.

Inter plura & paria eiuſdem generis vno tantũ eminente, ſoli comparatiuo locus eſſe debet, adhibito nomine partitiuo. Lege Vallam lib. 1. c. 13. Deinde ſuperlatiuum non eſt neceſſe conueniat ſemper cum genitiuo plurali in genere, vt volunt Grãmatici. Itaque dices, hæc turris eſt altißima ædificiorum: vel altißimum ædificiorum, vbi nomẽ ſupremi gradus conuenit genere cum gignendi caſu numeri multitudinis.

Cõparatiua nomina, & ſuperlatiua præter propriã conſtructionem, aſſumũt etiam caſum poſitiuorum vnde ducuntur: vt ſum te ſimilior patri, & illum omnium aptiſsimum huic rei futurum eſſe cognoſco.

Ante, inter, è, & ex, vtrique gradui adhærent: vt ſcelere ante alios immanior omnes Pygmaleon; fideliſsimi ante omnia homini canes; inter nos fortior eſt, aut fortiſſimus; & minor, aut minimus ex ipſis erat.

Hæc autem anomala, bonus, melior, optimus; malus, peior, peſsimus; magnus, maior, maximus; multus, plus, plurimus; paruus, minor, minimus; & compoſita à dico, facio, loquor, & volo, illegitime formantur:

Digitized by Google

tur: vt beneuolus,beneuolentior, beneuolentiſsimus.

Quæ vero habent vocalem ante us, non formant cõparatiua,neque ſuperlatiua;ſed poſitiuis, & his duobus aduerbijs,magis, & maxime, ſupplentur: vt arduus magis, & maxime arduus; nam tenuis,tenuior, & tenuiſsimus habet.

Strenuus ſtrenuiſsimus habet & pius piiſsimus,& pientiſsimus.

Illa tamen quinque, facilis,agilis,gracilis,humilis, ſimilis, comprehenſa hac dictione fagus, formant ſuperlatiuum a à recto,is ablata, & adiuncta limus: vt facilis, facillimus;agilis, agillimus; quibus additur docilis,docillimus.

Hinc facile conſtat terminationes ſuperlatiuorum eſſe complures, ex quibus frequentiſsime ſunt tres, ſimus, limus, & rimus.

Poſtremo à verbis, aut participijs futuri in dus,quantumuis nomina fiant,non ducuntur comparatiua, neque ſuperlatiua. Nam potior, & potiſsimus,à potis,ſiue pote fiunt,nõ à verbo potior;& deterior à voce vetuſta deter, non à verbo detero. Participia vero ſupplentur aliquo aduerbio intendendi: vt admodũ reuerendus, perquam colendus, & ſimilia; non autem reuerendiſsimus,& colendiſsimus.

Omnis, & cunctus, poſitiuo, & compara-

rati-

ratiuo fere iungũtur: vt omnes boni, vtiliora omnia; cuncti ſapientes, aut ſapientiores ita ſentiunt.

Vter ſoli cõparatiuo: vt vtrũ honeſtius, philoſophari ne, an Rempub. adminiſtrare?

Quis, & quiſque ſuperlatiuo: vt optimus quiſque, ex multis quid optimum factu ſit, quæritur.

Interdum comparatiuis, additis aduerbiis in o, tãto, quanto, eo, &c.

Præterea, Quiſque adhæret quibuſdam poſitiuis ſuperlatiuo carentibus: vt vnus, decimus, ſingularis, & quotus: ſed huic ſemper cum interrogatione: vt quotuſquiſque Philoſophorum inuenitur, qui ita ſit moderatus? hoc eſt, rarus, aut nullus.

Deminutum nomen eſt, quod minus ſignificans quam primogenium, eiuſdem generis, ſignificationis, formæque legitimæ eſſe debet: vt fraterculus, ſororcula, corpuſculum, philoſophaſter. Vnde fit vt muſculus, cicercula, tabernaculum, vmbraculũ, &c. deminuta non ſint. Dicuntur autem inuenta nomina deminuta, modeſtia, blanditijs, neceßitate, & amplificatione.

Muſculus vero pro paruo mure, vere deminutum eſt.

De nominibus Relatiuis.

Relatiuum eſt, quod rem iam poſitam tacite repetit, vel quod refert aliquod antecedens.

Rela-

qualibet des corpus uernas
uter oculorum aspersus peccatio

qualibet des spiritus [illegible] ligere
uter p[illegible] in [illegible]

Sequuntur uno albo [illegible] [illegible]
ut quisque [illegible] est ita estimat

Digitized by Google

Relatiuum eſt duplex, vnum ſubſtantiæ, quod antecedens ſubſtantiuum refert, & cū eo genere, numero, perſonaque cōcordat: vt bene de Rpubl. meretur Palæmon, qui pueritiam diligēter inſtituit. Huius naturæ ſunt, qui, quæ, quod, nomen: hic, iſte, ille, ipſe, is, idem, pronomina; cum his duobus reciprocis, ſui, & ſuus; de quibus paulo poſt dicemus.

Alter, alius, cætera, reliquus, à quibuſdam relatiua ſubſtātiæ diuerſitatis, ſeu diſsimilitudinis appellantur: ab alijs nomina partitiua, vnum è multis ſignificantia: quæ ſecundum caſum exigunt.

Alterum accidentis, quod nomen adiectiuum eiuſdem naturæ refert, & ſubſtantiuo ſequenti affinitate reſpondet: cuiuſmodi ſunt, qualis, quantus, quot, quotus, quoteni, quotuplus, quotuplex, quotennis; cuius, cuia, cuium; & hic, hæc, hoc, cuias: vt ver eſt gratiſsimum hominibus, qualis eſt aurora Muſis: & fluuius magnus, quantum eſt mare.

Hęc à Grāmaticis appellantur relatiua ſubſtantiæ ſimilitudinis.

Placuit nobis in gratiam puerorum exempla ſubijcere: vt parum exercitati facilius intelligant hæc referentia ad quæ appoſita eiuſdem naturæ dicantur referri.

Itaque qualis refertur ad nomina appoſita ſignificantia qualitatē, bonum, malum, pulchrū, deformem,

mem, album, nigrum, & ſimilia: vt puella deformis qualis Therſites.

Quantus, ad magnum, paruum, longum, breuē, latum, anguſtum, bicubitum, bipedalem, & reliqua ſignificantia quantitatem: vt domus magna quantum eſt templum.

Quot, ad duo, tria, quatuor, & alia numeralia eiuſdem naturæ: vt nutrix interfecit ſeptē pueros, quot ipſa nunquam pepererat.

Quotus, ad primum, ſecundum, tertium, quartum, & ad reliqua numeralia ordinis: vt primus ſedebat, quotus ſederas tu.

Quotenni, ad ſingulos, binos, ternos, quaternos, & ad numerantia diſtributionis: vt binas ad te literas miſi, quotenas a te nunquam accepi.

Quotuplus, ad ſimplum, duplum, triplum, centuplum: vt porrige huc ſimplum thoracem, quotuplum ludus pilæ videtur poſtulare.

Quotuplex, ad ſimplex, duplex, triplex, quadruplex, & cetera nomina in plex: vt nomen eſt duplex, quotuplex verbum.

Quotennis, ad biennē, triennem, quadriennē, & ad bimum, trimum, quadrimū, nomina, ſignificantia numerum annorū: vt Herodes noluit interficere porcum biēnem, quotennes interfecit infantes.

Cuius, a, um, ad pronomina poſſeſſoria, meū, tuū, &c. & caſus gignēdi nominū: vt liber eſt præceptoris, cuia eſt ferula: & meus eſt ager, cuiū eſt ſemē.

Cuias,

Digitized by Google

Digitized by Google

Cuius, ad nomina patriæ vel ſectæ: vt Sěperius fuit Valentinus, cuias fuit Lodoicus Viues; & Cicero fuit Stoicus, cuias non fuit Pythagoras.

Hæc nomina talis, tantus, tot, & totidem, præpoſita vel ſubſeqẽntia, ſolent reſpondere his nominibus, qualis, quãtus, & quot: vt tales euadimus, quales ſunt cum quibus agimus, & quot homines, tot ſententiæ.

Relatiuum qui, quæ, quod, inter duo nomina appellatiua poſitum, cum vtrolibet poteſt conuenire: vt noctu apparent ignes, quæ ſydera, vel quos ſydera vocamus. At ſi alterum fuerit propriũ, cum illo congruere debet: vt eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur.

Hoc relatiuum qui, quæ, quod, quamuis Grammatici præcipiant debere cũ proprio nomine conuenire, tamen ex ſententia recentiorum vos admonitos volo, ſæpius & venuſtius cũ ſubſtantiuo præcedenti concordare. Quod facile probant exẽpla Ciceronis, Plinii, Q. Curtii, & aliorũ ſcriptorum ſummæ auctoritatis.

Nomen patronymicũ eſt, quod ſignificat filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel ex poſteris aliquẽ, & à nominibus patrum proprie deriuatur: vt Priamides, filium, vel nepotem, vel aliquem ex poſteris Priami ſignificat.

Patronymicorũ terminationes quatuor ſunt, us,

des,is,ne: vt Pelis,dis, filia, vel neptis Pelei: Æacides, filius, vel nepos Æaci: Priamis, dis, filia, vel neptis Priami. Adraſtine, Acriſione, Nerine, filia, vel neptis Adraſti, Acriſii, vel Nerei.

Sed his nominibus raro vtuntur Oratores, Poetæ vero ſæpiſsime.

De Pronomine.

PRonomen pluralẽ gignendi caſum exigit, ſecum genere congruentem: vt Catonum, ille Cenſorius, hic Vticenſis vocatur.

Omnia pronomina ſunt plane demonſtratoria, ex quibus duo, noſtras, & veſtras, non ſolum nationem, aut patriam indicãt, ſed etiam ad partes, ſectas, & ordines trãſferuntur: vt noſtrates Philoſophi non ſunt ita populares vt veſtrates, qui ab Epicuri ſchola prodierunt; & veſtratia Dialectica verba ſordent, noſtratia vero Oratoria fulgeſcunt.

Lege Vallam. Lina crũ, & Suſemb.

Sunt & relatiua hęc, Hic, iſte, ille, ipſe, is, idem. Duo reciproca, ſui, & ſuus, quæ ſemper ad primum ſuppoſitum reflectuntur: vt Traſo amat ſe, ſibi indulget, rogauit me, vt ad ſe veniam. Cicero reminiſcitur clientum ſuorum.

Si

Digitized by Google

Digitized by Google

Si autem pronomen non ad ſuppoſitum reſpiciat, ſed ad caſum obliquum, qui ſequitur verbum, vtendum eſt ipſe, is, vel ille; non ſui, aut ſuus: vt Cæſar prudenter ei cõſulebat, & res geſtas illius incredibili voluptate perlegebat.

Reciprocatio in primogenio, eſt tertiæ perſonæ in ſeipſam reflectio, interueniente ſimplici, vel duplici verbo: vt Thraſo amat ſe, & rogauit me, vt ad ſe veniam. In deriuato, eſt trãſitus à tertia perſona in aliquid, quod ſignificatur ab ea poſſeſſum: vt Cicero reminiſcitur clientum ſuorum.

Pronomina poſſeſſoria quinque ſunt, meus, tuus, ſuus, noſter, & veſter: quibus vti oportet, cum aliquid nos poſsidere ſignificamus: vt deſiderium, memoria, dolor, meus, tuus, &c. quo nos deſiderare, meminiſſe, dolere, dicimus. Hæc autem ſi de alijs patimur, genitiuis pronominũ natiuorum vti debemus: vt deſiderium tui ferre non poſſum, memoria noſtri te delectari gaudemus.

His pronominibus ſæpiſsime adduntur hi genitiui, ipſius, ſolius, vnius, duorum, trium, & cæterorum numeralium eiuſdem ordinis; omnium, plurium, paucorum, cuiuſque, amborũ, & genitiui participiorum præſentis temporis: vt tuo ipſius ſtudio,

meaque docentis induſtria doctus euades; & deſiderio tui ſolius contabeſco.

Nulli alij genitiui illis pronominibus ſubiiciuntur, ſed eorum loco relatiuum qui quæ, quod, verbo ſubſtantiuo additum ſubſequi debet: vt mea diligentia, qui ſum præceptor, breui in re Grammatica proficient auditores: non mea præceptoris diligentia: ſignum meum, qui ſum Antonius, non autem mei Antonii: & dolore tui, qui es pater, diſcruciamur omnes filij, & non dolore tui patris. Interdum vſurpantur pronomina deriuata pro genitiuis primitiuorum: vt Terentius, deſiderio tuo, pro tui: & Virgilius, imago mea, pro mei.

Suus poſſeſsiuum, pro proprio ſæpe accipitur: vt ſuus cuique mos eſt, trahit ſua quemque voluptas, ideſt, proprius mos, & propria voluptas.

Imago mea, & imago mei, ſic differunt: illa ſignificat imaginem, quam emi, aut poſſideo: hæc vero quæ ſecundum me picta eſt, & me repræſentat.

De conſtructione Verbi.

Verbũ perſonale triplex eſt, ſubſtãtiuũ abſolutũ, & tranſitiuum.

VErbum in vniuerſum duplex eſt: vnum perſonale, quod per numeros & perſonas variatur: alterum imperſonale, ſeu defectiuum, quod tertias perſonas ſingulares tantum habet. De quo poſtea dicemus.

Verbi perſonalis tranſitiui quinque ſunt

gene-

Digitized by Google

Digitized by Google

genera, Agens, Patiens, Neutrum, Deponens, & Commune.

Omne verbum finiti modi exigit ante ſe nominatiuum agẽtem, val patientem eiuſdem numeri, atque perſonæ. Nonnunquam infinitum, orationisve particulam loco nominatiui: vt tu taces, nos audimur, illi repetunt. Scire tuum nihil eſt, literatos eſſe ciues illuſtrat ciuitatem.

Vocatiui caſus non reddit ſuppoſitũ modo imperãdi, ſed rectus.

Sed prima, & ſecunda perſona ferme nõ explicantur, niſi diſcretionis, aut emphaſis cauſſa.

De verbo Agente.

AGens verbum eſt, quod deſinens in o, poſt ſe accuſatiuum patientem exigit, & mutatis caſibus, ac eodem ſenſu manente, verbo patiente commutatur: vt diligo patrem, aro campum. Præter nõnulla, quæ carent patienti voce, volo, nolo, malo, cœpi, memini, odi, facio, & ab eo compoſita, retinentia, a, velut calefacio, floccifacio, & ſimilia.

Huius generis ſex ſunt cõſtructionis ordines, ſeu claſſes, quæ ex ſignificationibus cognoſcuntur.

Prima claſsis eſt eorum, quæ poſt ſe accuſatiuum tantum efflagitant: vt amo, aro,

colo, cupio, laudo, oppugno, porto, paco, ſemino, & alia.

SEcundi ordinis ſunt verba

Accuſandi: *vt accuſo, alligo, ago, arguo, aſtringo, appello, defero, interrogo, perdo, poſtulo,*

Abſoluendi: *vt abſoluo, libero.*

Damnandi: *vt damno, condemno, multo, cõuinco plecto, punio, redarguo, reuinco.*

Reprehendendi: *vt reprehẽdo, incuſo, infamo, noto, caſtigo, culpo, increpo, ſuggillo, traduco, vitupero.*

Implendi: *vt impleo, expleo, compleo, oppleo, repleo, depleo.*

Emendi: *vt emo, coemo, redimo, paro, comparo.*

Vẽdendi: *vt vendo, reuendo, diſtraho, indico, addico, inſcribo.*

Et æſtimandi: *vt æſtimo, curo, duco, facio, habeo, pendo, puto.*

Quæ præter accuſatiuum, genitiuũ, vel ablatiuum caſum admittunt; vt accuſo te ſacrilegij, vel ſacrilegio.

ANNOTATIONES.

PRincipio ex his, verba accuſandi, abſoluendi, damnandi, & ſimilia, ſæpius genitiuo gaudẽt, ſi nomen criminis ſit propriũ; vt furtum, parricidiũ, ambitus, ſacrilegiũ. Hæc

Digitized by Google

Digitized by Google

Hæc autem nomina, ambo, alterum, vtrumque, neutrum, multum, plurimũ, cum his verbis tantum in ablatiuo collocantur: vt hunc accuſare potes, vel furti, vel ſacrilegij, vel de vtroque; aut ſine præpoſitione, vtroque, non autem vtriuſque. De alijs idẽ eſto iudicium.

Deinde verba emendi, & vendendi, præter accuſatiuum, ablatiuum tantũ habent, pretium rei ſignificantem: vt emi librum auro, argento, magno, paruo, vili, quinque teruntijs. Recipiunt tamen hos genitiuos, tanti, quãti, pluris, minoris, quãtiuis, quantilibet, quanticunque, tantiuis, & tãtidem. Qui adiectiue capti, ſemper in ablatiuo cũ ſuis ſubſtãtiuis collocantur. Excipitur tantidem, ablatiuo deſtitutum, & pluris: vt quanti, vel quanto pretio domum emiſti? Minoris, vel minori pretio quam tu.

Cætera pretij vocabula cum his verbis in auferendi caſum tranſeunt, vel per aduerbia efferuntur: vt care vendis res tuas, ſed carius comparaſti.

Care, carius, vilius melius, peius, ad pretium referuntur.

Poſtremo verba æſtimandi; æſtimo, curo, duco, facio, habeo, pendo, puto, eandem habent conſtructionem, & præter illos genitiuos, etiam hos ſibi ſubiungunt, magni, parui, maximi, nihili, plurimi, minimi, flocci,

ci, nauci, aſsis, lucri, pili, teruntij, huius: vt tribus denarijs æſtimat meſſem, alia pluris, alia minoris ſunt æſtimanda: gloriam parui curo, nauci non habeo, huius non duco.

Qui genitiui vertuntur in ablatiuos, vel abſolute, vel alijs nominibus adiunctis: vt æſtimo te magni, & magno, vel magno pretio; aſsis, & aſſe, vel aſſe adulterino. Præter nauci, lucri, huius, & nihili, quod ſolum in ſextum caſum abit cum præpoſitione pro: vt te pro nihilo habeo, vel duco.

Verba implendi aliquando recipiũt ablatiuum, rerum varietatem, ſeu vniuerſitatem ſignificãtem cum præpoſitione de: vt impleui nauem de omni genere frumenti; & cellam vinariam de vniuerſa natura vinorum; vel ſine præpoſitione, impleui nauẽ frumento omnis generis: & cellam vinariam vino vniuerſæ naturæ. Lege *Vallam lib. 3. cap. 33.*

AD tertiam claſſem referuntur verba Dandi: *vt do, dedo, diuido, diſtribuo, cõcedo, commodo, exhibeo, fœnero, loco, mutuo, impendo, præbeo, ſuppedito, ſubminiſtro, trado, &c.*

Imperãdi; *vt impero, iubeo, impono, iniungo, indico, edico, committo, mando, commendo, præfinio, præſcribo, præſtituo.*

Nunciãdi: *vt aperio, affero, declaro, denũcio, defero, dico, explico, indico, mõſtro, narro, oſtendo, patefacio, promulgo, refero, ſuadeo, ſignifico,*

Pro-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Promittendi: *vt promitto, confirmo, deſpondeo, offero, ſpondeo.*

Anteponendi: *vt antepono, anteſero, præfero, præpono.*

Et poſtponendi: *vt poſtpono, poſthabeo.*

Quæ ſuper accuſatiuum datiuum caſum aſciſcunt: vt do tibi pecunias,

His adde facio, & conſulo, cum eſt agẽs, quę ſæpe etiam cum his genitiuis, æqui, bonique conſtructa reperiuntur: vt æqui, bonique facio, vel conſulo tuam liberalitatem. Mitto, & ſcribo præter præcipuum accuſatiuum, alterum recipiunt cum præpoſitione ad, qui ſæpe tertio caſu commutatur: vt miſi, vel ſcripſi literas ad patrem, vel patri.

QVartæ claſsis ſunt verba

Docendi: *vt doceo, erudio, edoceo.*

Monendi: *vt moneo, admoneo.*

Rogandi, vel petendi: *vt rogo, oro, obſecro, flagito, peto, poſco, poſtulo.*

Veſtiendi, ſeu calciandi, & his contraria: *vt calcio, cingo, induo, veſtio, exuo, ſpolio, excalcio.*

Quæ recipiunt duplicem accuſatiuum: quorum alter frequenter ablatiuo commutatur: vt doceo te Grammaticam, & edoceo te de rebus meis; induo te veſtem, vel veſte, &c.

Hinc verba monendi, & docendi variam habẽt conſtructionem: vt moneo te res honeſtas, æris alieni, & de teſtamento: ſic etiã dicimus, erudio, te linguam Latinã, lingua Latina, in iure ciuili, de omni Repub. ad modeſtiam, &c. Sed de his melius te docebit ars peritiſsimi viri Andreæ Semperij præceptoris mei, Medici fortunatiſsimi, & literarum ornamenti.

QVinti ordinis ſunt verba

Imbuendi: *vt imbuo, inſtruo, infercio, ſatio, ſaturo.*

Onerãdi: *vt onero, operio, opprimo, obruo, premo.*

Et his contraria: *vt exhaurio, exinanio, emũgo, fraudo, nudo, priuo, vacuo, deonero, leuo, ſubleuo*

Tum verba afficiendi: *vt afficio, in bonam, & in malam partem.*

Seu donandi: *vt dono, munero, participo.*

Quæ præter accuſatiuum, auferendi caſum ſine præpoſitione depoſcũt: vt imbuo te literis, & magno me onere ſubleuaſti.

Eſt figura metalepſis

Huc etiam pertinet muto, cum compoſitis: vt glandem mutauit ariſta.

Spargo, ſterno, augeo, cumulo, impertio, ad tertiam, & quintam claſſem poſſunt referri: vt auxi, vel cumulaui tibi rem familiarem; vel auxi, & cumulaui te re familiari: impertio tibi ſalutem, vel impertio te ſalute. Impertior deponens eandẽ habet conſtructionem.

AD-

Digitized by Google

Digitized by Google

AD ſextam claſſem pertinent verba Accipiẽdi: *vt accipio, recipio, ſumo, capio, ſuſcipio.*

Intelligendi: *vt audio, intelligo, percipio, habeo, teneo, diſco.*

Auferendi: *vt aufero, abduco, abſtraho, adimo, compilo, eripio, expilo.*

Remouendi: *vt remoueo, amoueo, abigo, arceo, auoco, auerto, deriuo, deterreo, reijcio, repello.*

Et abſtinendi: *vt abſtineo, contineo, cohibeo, tempero, fræno.*

Quæ præter accuſatiuum, cum ablatiuo, & præpoſitione conſtruũtur; vt audio à te libros, quos à patre acceperam.

Aufero, eripio, & adimo, præter accuſatiuũ ſæpius datiuum habent, quã ablatiuum: vt ſi non hinc abis, eripiam tibi oculos, & veſtem tibi adimam.

De verbo Patiente.

PAtiens verbum eſt, quod in or, finitum, exigit ante ſe nominatiuum patiẽtem, poſt ſe vero ablatiuum agentem cum præpoſitione à, vel ab, aut datiuum; interdum accuſandi caſum cum præpoſitione per: vt pater diligitur à me, campus aratur, res agitur per eoſdem creditores, per quos cũ tu aderas agebatur.

Reli-

Reliquæ huius generis conſtructiones ex agentibus cognoſcuntur, à quibus hęc verba formantur: verum caſus omnes, quibus præter accuſatiuum precipuum verbum agens conſtruitur, in patiente commutatione manent immoti: vt ſemper accuſo te negligentiæ, tu ſemper accuſaris à me negligentiæ: doceo te res honeſtas, tu doceris à me res honeſtas.

Quinque verba patientia, quæ reciproca, & vocatiua dicuntur, & alia nonnulla vim eorum habentia, vtrinque cum recto caſu conſtruuntur: vt appellor, dicor, nomimor, nuncupor, vocor Ioannes. Et hæc cognominor, exiſtimor, habeor, iudicor, prædicor, ſalutor, ſcribor, videor: vt tu ſalutaris magiſter, & boni vidétur ſtulti. Fio, eiuſdem eſt naturæ: vt indies doctior fio. Tum hæc, bibo, dormio, eo, euado, exto, exiſto, maneo, ſto, venio, diſco, & ſimilia; etſi ſub agenti voce: vt diſce libens Grammaticam, vtinam viuamus immortales.

Hæc verba, capior, conſternor, linquor, deſideror, & alia nonnulla, patientia cum ſint, non poſſunt agentia fieri, eodem ſenſu manente. Tum do, *caret dor, prima perſona patientis vocis: mutuo, delecto, oblecto, fœnero, in patienti voce ſunt deponentia.*

De

Digitized by Google

Digitized by Google

De verbo Neutro.

NEutrum verbum eſt, quod deſinit in o, & caret patienti voce, præterquam in tertijs perſonis ſingularibus: vt eo in ſyluam, itur à me in ſyluam: ſeruio Regi, ſeruitur à me Regi.

Hoc verbum etſi deſinit in o, quemadmodum agens, tamẽ ab eo maxime differt, quod nec habeat vocẽ in or, nec vnquam recipiat accuſandi caſum perſonæ patientis, nec obtineat eandẽ ſignificationẽ. Nã *quæcunque verba ſignificant abundãtiam, egeſtatẽ, diligentiam, fauorem, occurſum, nocumẽtum, obſequium, aut contra, motũ expreſſum, corporis ſitum, affectionẽ quandã animi, vel corporis manifeſtam ſiue latentem, & verba pugnandi neutra ſunt: vt abũdo, careo, incumbo, faueo, occurro, noceo, obedio, cõſulo, obſiſto, eo, iaceo, flagro, mœreo, pugno.* Reliqua *in o, terminata, aliud ſignificantia; ſub agenti genere continentur.*

Huius generis quinque ſunt claſſes, quæ etiam ex ſignificationibus colliguntur.

PRima claſsis eſt eorum, quæ ſignificant Abundantiam: *vt abundo, redundo, exundo,* Et egeſtatem: *vt egeo, indigeo, careo.* Sæpius ablatiuo gaudent.

Quæ poſt ſe gignendi, vel auferendi caſum aſſumũt: vt careo amicorũ, vel amicis.

Hæc verba, affluo, circunfluo, exubero, ſcateo, ad abundantiam pertinentia, ſolum abla-

ablatiuum regunt: vt Craſſus affluebat diuitijs. Satago, vel abſolute, vel cum genitiuo vſurpatur: vt Clinia ſuarum rerum ſatagit.

SEcunda claſsis continet verba ſignificantia

Commodum: *vt conſulo, prouideo, proſpicio, caueo, metuo, timeo, confert, conducit.*

Diligentiam: *vt incumbo, inuigilo, ſtudeo, vaco, inſudo.*

Fauorem: *vt aſpiro, applaudo, arrideo, faueo, beneuolo, benecupio.*

Nocumentum: *vt noceo, diſpliceo, doleo, impono officio, inuideo.*

Lædo agẽs eſt. Supplico huc debet referri.

Occurſum: *vt occurro, obuiam eo, obuiam propero, & ſimilia.*

Obſequium: *vt auſculto, obtẽpero, indulgeo, obſecundo, hereo, placeo, pareo, ſeruio, obedio.*

Repugnantiam: *vt repugno, obſiſto, reſiſto, obmurmuro, reclamo, obgannio.*

Et neutra compoſita cum his prępoſitionibus,

Ad: *vt adiaceo, accubo, vel accumbo, aßideo, aſſiſto, aſſurgo.*

Con: *vt confido, conſentio, conſueſco, conſurgo.*

Præ: *vt prębibo, prælucco, præpolleo, præſideo.*

Sub: *vt ſubuenio, ſucceuſco, ſuccedo, ſuccumbo, ſuccurro.*

In: *vt inbio, inceſſo, inſurgo, illudo, inſulto.*

Et inter: *vt interuenio, intercurro, intercedo, interpello.*

Quæ tertium caſum efflagitant: vt cedo potentiori.

Interdico cum eſt agens, præter accuſatiuũ dandi caſui iũgi poteſt: vt Seneca lib. 3. de ira, Cæſar ſi iubes, ſtatim illi domũ meam interdicã. Patiens à tergo eundẽ caſum habet. Cice. *pro domo ſua, vt* M. Tullio *aqua & ignis interdicatur. Neutrũ præter datiuum ablatiuo iungi ſolet: vt interdico tibi aqua & igni. Imperſonale, ſeu defectiuum patiẽs eandem retinet conſtructionem. Cicero in Catone: Male rem gerentibus, patrijs bonis interdici ſolet.*

AD tertiam claſſem referuntur verba Poteſtatis abſolutæ: *vt fulgurat, pluit, ninGit, grandinat, luceſcit, ſerenat, aduesperaſcit.*

Et affectionen quandam animi: *vt gaudeo, mereo.*

Vel corporis ſignificantia: *vt ardeo, frigeo, caleo, rubeo, palleo, flagro, vireo, tepeo, æſtuo.*

Quæ ſexto caſu ſine præpoſitione ſtatuuntur: vt ardeo amore.

Fluo, mano, cum cõpoſitis, & in ſco, deriuata, eandem habent conſtructionẽ; quibus additur victito: vt multi victitant lacte.

QVartæ claſsis ſunt hæc quinque verba, vapulo, veneo, fio, exulo, liceo, quæ

Verba poteſtatis abſolutæ sũt quæ dicuntur ad Deũ vel naturã pertinere: quæſępius ſine caſu vſurpãtur. Pluo interdũ cũ accuſandi caſu legitur. Fluo & mano ſępe cũ præpoſitione: vt aqua manat ex fonte.

quæ verbi patientis imitantur naturam: vt diſcipuli improbi vapulant à præceptore; præter duo poſteriora, exulo, & liceo, quæ perſonam agentem nunquam admittunt.

QVintam claſſem conſtituunt verba Pugnandi: *vt pugno, certo, contendo, concurro, diſputo.*

Et ſignificantia ſitum corporis: *vt ſto, ſedeo, maneo, iaceo, dormio, vigilo, viuo, cubo, ſterto, reſipio, & reſipiſco.*

Et motum expreſſum: *vt eo, vado, venio, curro, ambulo, pſallo, ſalto, nato, exiſto, ſurgo, cado.*

Quæ poſt ſe nullum caſum habet, niſi appoſita aliqua præpoſitione: vt pugno cum hoſtibus, & viuo in vrbe.

Attineo vero & pertineo gaudent accuſandi caſu cum præpoſitione ad: vt hoc ad me pertinet.

Compoſita à venio, & eo, huius quintæ claßis interdum recipiũt accuſandi caſum ſine præpoſitione: vt Terentius *in ſeipſũ excruciãte.* Caue *ne falſam gratiam inire ſtudeas. Et in* Andria: Puerum *conueni* Chremis, *&c.* Tum *hæc verba, olet vnguentum, ſapit picem,* Coridon *ardebat* Alexim, *& neſcio quis me manet exitus.* Nam *illa fugit me, latet me, præterit me, in tertijs perſonis ex idiomate ſermonis* Latini *dicta cenſentur.*

De

Digitized by Google

Digitized by Google

De verbo Deponenti.

DEpones verbum eſt, quod in or, finitiſ, caret agenti voce; & vel agentis ſignificationem habet, ac conſtructionem: vt ſequor præeuntem, alloquor principem; vel neutri: vt aduerſor improbitati, glorior victoria, de re ſeuerisſima tecum iocor.

Diuiditur autem in ſex claſſes, quas ex ſignificatione cognoſces.

PRima claſsis continet verba
Reminiſcendi: *vt recordor, reminiſcor.*
Et obliuiſcendi: *vt obliuiſcor.*

Quæ gignendi, vel accuſandi caſum aſſumunt: vt obliuiſcor iniuriarum, vel iniurias.

Hęc ſępius genitiuo gaudent.

Miſereor, eris, gignendi, & dandi caſui adhæret: vt miſereor tui, vel tibi.

SEcundi ordinis ſunt verba pertinentia ad Aſſentationem: *vt adulor, aſſentor, blandior, palpor.*

Commodum, ſeu auxilium: *vt auxilior, opitulor, medor, patrocinor.*

Fauorem: *vt ſuffragor, aſtipulor.*

Obſequium: *vt obſequor, ancillor, morigeror.*

Gratulationem: *vt gratulor, congratulor, grator, Poeticum.*

Nocumentum, ſeu repugnantiam: *vt aduerſor, iraſcor, inſidior, indignor, obloquor, obnitor, refragor.*

Gratulor, pręter datiuum, accuſat. vel ablat. iungi poteſt, cum pręp[o]ſitione de

C Quæ

Quæ datiuum caſum efflagitant: vt obſequor meis amicis.

Dominor, *multiplicē habet conſtructionem.* Pri*mum gaudet datiuo, vt ſapiens dominabitur aſtris: deinde accuſatiuo cum præpoſitione: vt homo dominabitur in cætera animalia.* Præ*terea ablatiuo, & præpoſitione, vt incenſa* Danai *dominantur in vrbe.* Po*ſtremo genitiuo in ſacris literis.*

AD tertiam claſſem referuntur verba Sequēdi: *vt ſequor, aſſequor, conſequor, inſequor, perſequor, proſequor, adipiſcor, nāciſcor, inſector, comitor, adorior, aggredior, imitor, æmulor*

Hæc ſunt, quæ habēt ſignificationē verborū agentium.

Furandi: *vt furor, prædor, populor.*

Conſolandi: *vt ſolor, conſolor.*

Percontandi: *vt percontor, ſcitor, ſciſcitor.*

Meditandi; *vt meditor, contemplor, ſpeculor, rimor, ſcrutor, ſuſpicor, opinor, miror, reor.*

Præſtolandi: *vt præſtolor, operior, moror.*

Conandi: *vt conor, nitor, operor.*

Loquendi: *vt loquor, alloquor, for, auguror, fateor, confiteor, profiteor.*

Diffitendi: *vt diffiteor, inficior, auerſor.*

Precandi, & Imprecandi. } *vt precor, deprecor, imprecor, execror, teſtor, deteſtor, ominor.*

Venandi: *vt venor, aucupor, lucror.*

Emendi: *vt mercor, commercor.*

Tum hæc: mutuor, fœneror, dignor, dedignor,

Digitized by Google

dignor, patior, polliceor, quæror, mereor, demereor, hortor, tueor, intueor, metior, miſeror, vlciſcor, calumnior, & alia nonnulla.

Quæ præter accuſatiuum, alijs etiam caſibus adhærent: vt ego loquor tibi verba.

Mereor, *additis aduerbijs bene, vel male, auferẽdi caſum habet, cum præpoſitione de: vt* Conſules *benemeriti ſunt de* Repub. *id eſt, in* Remp. *beneficium contulerunt.* T*yranni male merentur de ciuibus, hoc eſt, faciunt iniuriam ciuibus.*

QVarti ordinis ſunt verba ſignificantia Animi affectionem: *vt lætor, delector, triſtor, glorior.*

Et hæc quinque, *fungor, fruor, potior, veſcor, vtor.*

Quæ ablatiuum ſine præpoſitione tantũ habent: vt lætor fœlicitate tua.

AD quintam claſſem reuocantur Abſoluta quædam: *vt iocor, caſtrametor, ruſticor, philoſophor, tumultuor, cachinnor, concionor, frumentor.*

Et motum ſignificantia: *vt proficiſcor, labor, gradior, ingredior, peregrinor, reuertor.*

Quæ poſt ſe nullum caſum regunt, niſi addita præpoſitione: vt iocor tecum.

SExtæ claſſis ſunt duo tantum, *orior, & naſcor,* cum compoſitis.

Digitized by Google

Quæ poſtulant ablatiuum cum præpoſitione: vt orior à patre, & ex hodierna lectione naſcitur controuerſia.

De verbo Communi.

COmmune verbum eſt, quod in or, tantum deſinens, agentis & patientis ſignificationem habet, ac conſtructionem: vt amplector virtutem, virtus amplectitur à me; & ſunt hæc paucula, largior, experior, veneror, oſculor, criminor, amplector, interpretor.

Hoſpitor, ſtipulor, moror, huius generis eſſe cēſentur: Alijs ſunt deponentia.

De constructione verbi Subſtantiui.

SVm, es, eſt, habet etiam poſt ſe nominatiuum, cum res ad idem ſpectat: vt Cicero eſt parens eloquentiæ. Cæſar fuit clemens; & genitiuum: vt virtus eſt hominis; tum datiuum, alias ſimplicem: vt eſt mihi magiſter; alias duplicem: vt precor, vt iſte tribunatus ſit tibi laudi ſempiternæ. Item accuſatiuum cum præpoſitione: vt ius, & norma loquendi penes populum eſt, non eſt apud Liuium hæc hiſtoria. Et ablatiuum varie: vt vir eſt mirifico ſtudio in omnes, bono animo ſunt præceptores inter ſe, nihil eſt mihi tecum, in eadem ſum voluntate.

Sum, cum duobus genitiuis cōſtitui non poteſt.

Denique cum hoc nomine opus verbo infinito, & omnibus caſibus, præter vocatiuum

Digitized by Google

Digitized by Google

tiuum iungi ſolet: vt nihil opus eſt de Dionyſio tam valde affirmare; dux, & auctor opus eſt nobis, præſidij firmioris opus eſt; ad hanc rem opus eſt arte. Et accuſatiuo, hac lege, vt infinito eſſe conſtet oratio: vt video diſcendi cupidis opus eſſe præceptoris induſtriam.

Opus, pro neceſſe, aut neceſſario. Nam opus operis, genitiuo gaudet.

Sum, es, eſt, poſt duo nomina ſubſtantiua conſequens propiori reſpondet: vt amantium iræ amoris redintegratio eſt: ſed inter duo nomina diuerſi numeri poſitum, cum præcedente concordat: vt primæ legiones erant robur totius exercitus; lacrymæ ſunt doloris indicium: & conſilium eſt arma vera Reipub.

Compoſita huius verbi ſum, es, eſt, ſunt numero vndecim, comprehenſa hac dictione fictitia ADIPOS.

Eſtar auſente, eſtar preſẽte, o fauorecer, faltar, eſ-
Abſum, adſum, deſum, inſum, interſum,
tar dentro, entreuenir, dañar, poder, regir, o ſer
obſum, poſſum, præſum, proſum, ſubſum,
principal, aprouechar, eſtar baxo, quedar.
ſuperſum.

Exſum, & perſum, Plauto relinquãtur

Quæ omnia etſi tertio caſui iunguntur, præter poſſum, tamen alijs caſibus iuncta reperies: vt adfui patriæ periclitanti, apud Cæſarem plurimum poteſt.

Digitized by Google

De Verbo Defectiuo, ſeu Imperſonali.

VErbum Defectiuum duplex eſt. Vnum agens, quod tertias perſonas ſingulares actiuæ vocis tantum habet: vt miſeret, pudet. Alterum patiens, quod tertias perſonas ſingulares paſſiuæ vocis tantum habet: vt amatur, curritur. Sed defectiui agẽtis quinque ſunt ordines.

Eſt, huc etiamá quibuſdam referatur.

PRimus continet duo verba, intereſt, & refert, pro vtile eſt, & ad rem pertinet: quæ ante ſe poſtulant nominatiuum, vel infinitum loco nominatiui: poſt ſe vero quoſcunque genitiuos, præter illos, mei, tui, ſui, noſtri, veſtri, noſtrum, & veſtrum: quibus ſuccedunt hi ablatiui, mea, tua, ſua, noſtra, veſtra, ſubſtantiue poſiti: vt hoc intereſt Regis, & refert, vel intereſt noſtra omnium recte facere.

Cuia, raro.

Cum illi ablatiui ſubſtantiue capiãtur, fit vt nullos genitiuos recipiãt præter hos paucos, ipſius, ſolius, vnius, duorum, trium, quatuor, & ſic deinceps: omnium, plurium, paucorum, cuiuſque, amborũ: & participiorum præſentis temporis: & tanti, quãti, pluris, magni, parui, & his conſimiles: vt tua ſolius refert commonefacere auditores, & tanti mea intereſt, vel refert, quãti veſtra plurium obtemperare præceptori. Quare non recte dices, tua Torrellæ *intereſt docere, ſed tua qui es* Torrella. *Facta circuitio-*

Digitized by Google

Digitized by Google

cutione relatiui qui, quæ, quod: & verbi ſum, es, fui.

SEcundi ordinis ſunt hæc verba à Neutris deducta, accidit, cõtingit, euenit, cõſtat, liquet, patet, libet, vel lubet, placet, licet, præſtat, reſtat, ſtat, ſufficit, vacat.

His adde conuenit, expedit.

Quæ ante ſe cum recto, vel infinito conſtructa, in tertium caſum à poſteriori feruntur: vt accidit hominibus ægrotare.

AD tertiam claſſem referuntur quatuor verba ab agentibus orta.

Decet, delectat, iuuat, oportet.

Quæ poſtulãt ante ſe rectum, vel infinitũ: poſt ſe vero accuſandi caſum: vt decet magiſtratus rei frumẽtarię hoc tẽpore conſulere.

Decet, olim etiam cum dandi caſu.

QVartæ claſsi tribuuntur quinque verba defectiua, miſeret, ſeu miſereſcit, pœnitet, piget, pudet, & tædet.

Quæ poſt ſe exigunt accuſandi & gignẽdi caſum, ſine ſuppoſito: vt pœnitet auarũ impendij.

Pœnitet ſæpe, pro parum videtur, vſurpatur.

Aliquando loco genitiui infinitum recipiunt, quod vim patrij caſus videtur obtinere: vt pudet me deambulare, hoc eſt, deambulationis.

QVintæ claſsis ſunt, cœpit, incipit, debet, deſinit, ſolet, & poteſt.

Quæ iuncta infinitis verborum quartæ

 claſsis,

claſsis, aut defectiuorum patiẽtis vocis, defectiua nominantur. Et præter infinita, caſus etiam cum quibus illa conſtruuntur, recipere poſſunt: vt incipiat te pudere vitiorum, & ſolet ab omnibus curri ad vocem iucundam. Sin aliorum verborũ infinitis adhæreant, defectiua eſſe non poſſunt.

Verba defectiua patiẽtis vocis à neutris & ab agentibus abſolutis deducta, ſignificãt actionem, recipiuntque auferendi caſum agentem vtriuſque numeri, omniſque perſonæ, cum præpoſitione à, vel ab: vt nihil eſt à me inſeruitum temporis cauſſa.

Sępe ne huiuſmodi quidem caſum deſiderant, cum de perſona præfinienda non laboratur.

Interdũ aſſumunt poſt ſe caſus verborum vnde fluxerunt: vt itur in antiquam ſyluam.

Hæc verba, benigne fit, male ſit, ſatis fit, imitãtur horum naturam: vt benigne fit tibi à Cæſare.

De communi verborum conſtructione.

PRincipio cuiuis verbo iungi poteſt gignendi caſus ſingularis, nominis proprij loci minoris, in quo fit aliquid, primæ, vel ſecundæ inflexionis; vel dandi, ſeu auferendi tertiæ, vel numeri multitudinis: vt

docui

Digitized by Google

Digitized by Google

docui Valentiæ, Toleti, Barcinoni, vel Barcinone, Trallibus. Communia nomina, & propria locorum maiorum in ſexto caſu cũ prępoſitione collocantur: vt vixi in vrbe, in Hiſpania, in Sardinia. Sed domi, belli, militiæ, humi, togæ, ruri, vel rure, propriorum rationem ſequuntur.

Et genitiuos horum pronominũ, ipſius, eius, &c.

Domi, præter aliorum naturam adiũgit ſibi hos genitiuos, meæ, tuæ, ſuæ, noſtræ, veſtræ, alienæ; & interdum proprios nominum gignendi caſus: vt domi Pompeij, domi Cæſaris.

Præterea etiam nullũ eſt verbum, cui addi non poſsit tertius caſus eius perſonæ, vel rei, cuius vtilitas, aut damnum, voluptas, ſeu moleſtia, aut aliquid aliud indicatur: vt diſco literas non gloriæ, ſed mentis cultui; & Quintilianus compoſuit inſtitutiones filio ſuo.

Tum verba neutra conſtrui poſſunt cum accuſandi caſu, rem, aut actum verbi ſignificante, vel ad menſuram eius actus pertinente: vt viuo vitam, furio furorem, longam viam iui, dormiui totam hyemem.

AD hæc quodlibet verbum, motum ad locum quocunque modo ſignificans, recipit quartum caſum nominis proprij loci minoris, ſine præpoſitione: vt eo Romam, ſcripſi literas Neapolim. Sed com-

munia, & propria loci maioris ſemper habent additam quarto caſui præpoſitionem. vt proficiſcor in Galliam, & ſubuehitur in caſtra frumentum. Domus vero, & rus, ſine præpoſitione vſurpantur.

DEinde verba motum è loco, vel per locum ſignificantia, cum ſexto caſu ſine præpoſitione conſtruuntur, ſi nomen ſit proprium loci minoris: vt venio Salmantica, Hiſpali, tranſiui Toleto, Barcinone, & domo, rure. Si vero nomen ſit commune, vel proprium loci maioris è loco, præpoſitio ſexto caſui adhibetur, vt venio ex Andro, egredior de templo. Per locum quarto caſui additur præpoſitio per: vt tranſiui per Hiſpaniam, per agros.

Si nominibus proprijs loci minoris adiungas appoſita, tunc rationem communium ſequentur: vt viuo in Roma *ſancta, eo in* Romam *ſanctam: venio ex* Roma *ſancta, & tranſeo per* Romam *ſanctam. Interdum etiam abſque appoſitis additur præpoſitio. vt* Cic. 8. *Epiſtola ad* Att. *in* Caiet. *& in* Ver. *eo die* Verres *ad* Meſſanam *venit, & multis alijs in locis.*

Hinc etiam quodlibet verborum genus conſtrui poteſt cum ſexto, vel ſeptimo caſu, inſtrumentum, vel pretium denotante:

vt

Digitized by Google

Digitized by Google

vt cædo te flagris, peto te haſta, doces talẽto, ſaltas obolo.

Inſuper, vnumquodque verbum recipit accuſandi, vel auferendi caſum, temporis ſpatium metientem: vt Quintilianus docuit iuuentutem Romanam viginti annos, vel annis.

At ſi temporis partem ſignificamus, ſexto caſu vti debemus: vt ſcribam ad te menſe proximo, die quarto, hora ſecunda.

Spatium continuum ſæpius in quarto caſu collocatur: vt Iam hic trecentos totos regnabitur annos. Virg. Ænei. 1. Et Lodoi. Viues: Totos ſex dies geſtauit ſubuculam.

Quibuſuis etiam diſtandi verbis tribues eoſdem accuſandi, vel auferendi caſus loci ſpatium continentes: vt domus mea diſtat à templo mille paſſus, vel mille paſſibus. Valentia remota eſt à mari tria millia paſſuum, vel tribus paſſuum millibus.

POſtremo ablatiuus abſolutus omnibus verbis addi poteſt, fitque ſæpius quatuor modis.

Primo, duobus nominibus: vt qui ſemel fines verecundiæ tranſierit, eum, teſte Cicerone, impudentem eſſe oportet.

Secundo, nomine, & pronomine: vt te præceptore didici Grammaticam.

Ter-

Tertio, nomine, & participio: vt Paulo concionante omnes ſtupebant.

Quarto, pronomine, & participio: vt illo reclamante nihil à me impetrabis.

Linacer adducit quintum modum ex ſolo participio preteriti in neutro genere: vt Pli. De *ſatu arborum abunde monſtrato, &c.* Diſſolu*itur autem ablatiuus abſolutus varijs modis per, cum. dum, ſi, quamquam, quamuis, poſtquam.* Lege Linac.

De Verbo Infinito.

INfinitum verbum eſt, quod certis numeris, & perſonis deſtitutum, indiget ſemper verbo alterius, vel eiuſdem modi, vt perfectum ſenſum ſignificet: vt deſinunt peccare mali formidine pœnæ; & Virgil. Nec poſſe Italia Teucrorum auertere Regem.

Exigit à fronte accuſandi caſum perſonæ agentis, in agenti ſignificatione, & in patiente eundem caſum perſonæ patientis; a tergo caſum verbi vnde emanat: vt honeſtum eſt bonos ciues defendere patriam, & filios improbos puniri à parentibus.

Sed infinitum ſuppoſito expreſſo venuſte ceret, ſi iſpum, & verbum alterius modi eodem referantur: vt cupio placere bo-

nis

Digitized by Google

Digitized by Google

nis, & minime lædere malos. Si autem ad diuerſa pertineant, ſuppoſitum neceſſe eſt exprimatur; vt iubeo te bene ſperare, & bono animo eſſe.

Infinitum eſſe, & infinita reciprocorum poſt ſe exigunt caſum ſimilem præcedenti: vt omnes cupiunt eſſe beati. Aliquando vero in obliquis diſsimilem: vt licet nobis eſſe bonis, vel bonos; vtor doctis cupientibus eſſe amicis, vel amicos: & intereſt Regis eſſe prudentem.

Verum ſi huic verbo videor, adhæreat infinitum eſſe, non tertius caſus, ſed rectus ſequatur oportet: vt patres ſapientes videntur filijs eſſe iniqui.

Infinitum ſequitur eleganter verba ad voluntatem explicandam, & ad ſenſus pertinentia; tum patientia quædam reciproca, & vim, aut imperium ſignificantia: vt volo, cupio, video, intelligo, iudicor, videor: cogo, impello, iubeo, impero.

Adhæret etiam his verbis, ceſſo, deſino, gaudeo, pergo, perſeuero, audeo, ſpero, credo, confido, & verbis reminiſcendi, tum imperſonalibus actiuæ vocis: frequenter etiam nominibus adiectiuis cum verbo ſum, es, eſt, ſociatis: & his ſubſtantiuis fas, nefas, res, opus, neceſſe, rumor; quibuſdam

Lætus, dignus amare, vel amari, cupidus legere, vel legendi, & piũ eſt amare Deũ, in neutro genere.

Digitized by Google

dam quoque participijs præſentis temporis, volens, metuens, cognoſcens, & ſimilibus.

Infinitum proprio futuro caret: ſuppletur tamen periphraſi quadã ex priori ſupino, & infinito ire, in agenti voce, & iri, in patienti: vt ſpero me auditum ire Theologiam, vel Theologiam auditum iri à me. Aut ex participio futuri in rus, & eſſe, in agenti: & in dus, cũ eodem verbo eſſe in patiente: vt ſcio te auditurum eſſe diſciplinas, vel diſciplinas à te audiendas eſſe.

Raro ex participio in dus.

Sed periphraſis participij in rus, in neutra voce reperitur omnibus generibus, ac numeris accommodata: vt credo meos auditores hoc dicturum, & hanc ſibi rem præſidio ſperant futurum; verũ hoc futuro iam non vtimur.

De Gerundio.

GErundium dictum eſſe exiſtimatur, quod in rei gerendæ adminiſtratione verſetur, vel quod gerat ſinificationem & conſtructionẽ verbi à quo deſcendit: quod duplex eſt, ſubſtantiuum, & adiectiuum.

Gerundium ſubſtantiuum, præter caſum vocandi, omnes caſus habet ſingulares, ſine variatione perſonarum, ac generum: vt pe-

tendum

Digitized by Google

Digitized by Google

tendum pacem à Rege: vt tempus eſt colendi literas: non ſum ſoluendo: venio ad defendendum patriam: lectionem ediſcendo profeci.

Sed Gerundium nominandi, gignendi, & dandi caſus, ab agenti verbo ſignificat actionem: accuſandi & auferendi, actionem & affectionem: vt ad cognoſcendum illuſtre, memoria excolendo augetur. A neutro gerit eius verbi vnde ducitur ſignificationem. A communi, & deponenti vtrumque ſignificat.

Sed gerundiũ gignẽdi caſus aliquãdo ab agentibus affectionẽ. Le. Linac. A deponẽti fere sẽper actionem.

Gerundium adiectiuum omnia genera, numeros, & caſus habet, iungiturque nominibus ſubſtantiuis, & ſemper affectionem ſignificat: vt voluenda dies en attulit vltro, hoc eſt, volubilis, & quæ voluitur: ſuſtineo curam erigendæ reipublicæ: do operam rebus agendis, ad tuendos amicos libẽter accedo, & orationẽ Latinam legendis noſtris efficies pleniorem.

Hoc gerũdium quibuſdã eſt participiũ præſentis patiẽtis vocis. Conſule Vallam, & Linacr.

Ducitur autem hoc Gerundium à verbis tantum cum accuſandi caſu conſtructis. Nõ enim dicimus, venio huc tui ſeruiendi cauſſa, ſed cauſſa obſeruandi tui.

Differt Gerundium adiectiuum à participio futuri in dus, tempore & conſtructione. Nam illud præſentẽ rei adminiſtrationem

tionem ſignificat, & perſona agenti caret: vt tenet me occupatio explicādæ lectionis, hoc eſt, quæ à me explicatur.

Hoc vero futuram rei adminiſtrationem ſignificat, & perſonam agentem habet: vt lectio explicanda eſt à me, hoc eſt, quæ à me explicabitur.

Excipe gerúdia reciprocorū Non enim dices, tempus eſt veniendi lætus, nec delector veniendo lætus.

Gerundium ante ſe nullum caſum regit, poſt ſe tamen Gerundiū ſubſtantiuum verbi ſui caſum expoſcit in agenti ſignificatione: vt tempus eſt comparandi eloquentiam, parendi, bene monendi, carendi culpa. Adiectiuum abſolute ponitur, & cum ſubſtantiuis quibus adhæret, conuenit: vt facultas eſt nunc adoleſcentibus eloquentiæ comparandæ

In poſteriori exēplo malim vti participio in dus

Gerundium nominandi caſus verbo ſubſtantiuo iungi ſolet in omnibus modis, & temporibus. Poſt ſe dandi caſum exigit perſonæ agentis vtriuſque numeri, & caſum verbi vnde ducitur: vt bonis carendum eſt culpa; & Cicero, iterandum eſt eadem iſta mihi.

Hoc gerūdium gignendi caſus aliquādo recipit gignendi.

Gerundium gignendi caſus nomina ſubſtantiua antecedunt, ratio, cura, facultas, tempus, vis, cauſa, gratia, ſtudium, amor, & ſimilia: vt eſt mihi cura monendi meos auditores. Aliquando præcedunt etiam nomina-

Digitized by Google

Digitized by Google

mina adiectiua: vt ſum cupidus audiendi, & imperitus dicendi.

Gerundium dandi caſus adhæret quibuſdam adiectiuis, & verbis cum dandi caſu conſtructis: vt idoneus repetẽdo, aptus diſputando, inuigilo docendo; frequenter etiã huic verbo Sum, es, eſt: vt Cicero non eſt inficiando reus, nec tu ſoluendo eras. *El culpado no puede negar, ni tu podias pagar.*

casum plu ralem nobis nõ imitandum.

Gerundio accuſandi caſus apponuntur quinque præpoſitioones, ad, ob, propter, inter, ante: vt ad dicendum paratus, ob tacendum, propter amandum, inter legendum, ante domandum ingentes tollunt animos. Sed Gerundium adiectiuum ſubiectum his verbis, mãdo, curo, loco, habeo, pro debeo, & quibuſdam alijs agentibus, nullam præpoſitionem admittit: vt literas ad te mittendas curabo.

Gerundium auferendi caſus ſuccedit his præpoſitionibus, in, de, è, ex, à, ab, cum, pro: vt in denegando pudor, de recipiendo amicos tecum egi: pro vapulando mercedem petis, & ratio recte ſcribendi iuncta cum loquendo eſt.

De ſupino.

SVpinum duplex eſt, prius deſinit in um, iungiturque verbis ſignificantibus motum

Poſterius ſupinũ ver

tum ad locum, poſt ſe cum caſu ſui verbi conſtruitur: vt eo deambulatum, admitor ſpectatum fabulam, & do venum ſeruos. Poſterius exit in u, patientem obtinet ſignificationem; adhæret nominibus adiectiuis; & poſt ſe nullum caſum regit: vt facile viſu, idest, vt videatur, vel ad vindendum. Quod abit in nomen trifariam: primum, addito adiectiuo: vt ceruus præditus eſt magno auditu. Deinde gignendi caſu admiſſo: vt careo toto viſu oculorum. Poſtremo ſubſeruiente præpoſitione: vt nonnihil ex odoratu percepi.

bis motum è loco ſignificantibus appoſitum, nomē eſſe cenſetur: vt venio venatu, hoc eſt, de venatione.

De Participio.

PArticipium præſentis, & futuri in rus, ab omnibus verbis ſignificat actionem, præterquam à neutris patientibus: vt amans, amaturus, ſeruiens, ſeruiturus. Futuri in dus, affectionem: vt amandus, loquendus. Præteriti à patientibus affectionem: vt amatus: à deponentibus actionem: vt locutus: à communibus vtrunque: vt largitus.

Vehens, tōdens, & quędam alia, in ſignificatione patiēti reperiūtur Participiū pręteriti à deponentibus etiam aliquando affectionē.

Participium habet ſuorum verborū conſtructionem, tum reciprocam: vt Sylla habitus eſt indoctus, tum tranſeuntem: vt amans virtutem, victurus hoſtem, amatus à patre, amandus à bonis.

Hæc

Digitized by Google

Hæc tamen verba, compeſco, diſco, linquo, metuo, poſco, renuo, reſpuo, ſpuo, timeo, vrgeo, vt ſupinis, ita participijs ab illis deductis carent.

Participiū tribus modis mutatur in nomen; conſtructione: vt amans virtutis, doctus literarum; temporis amiſsione: vt pater amandus eſt, hoc eſt, dignus amari, & venerandus, hoc eſt, dignus veneratione; compoſitione: vt innocens, indoctus, inauditus, indiligens.

Quidā addunt alios duos modos, qui ad ſecundum modū poſſunt referri.

De Aduerbijs.

Aduerbia demonſtrandi cum recto, vel accuſandi caſu cōſtruuntur: vt en Priamus, en capellas, ecce homo & hominem: En, exprobans, cum quarto caſu: vt en promiſſa.

Aduerbia loci & temporis, patrio caſui iungi poſſunt: vt vbi locorū, nuſquam gentium, vbique terrarum, eo miſeriæ; interea loci, tum temporis: & negandi, minime gētium.

Aduerbia loci quadrifariam diſtinguuntur. Nam vbi ſignificat rem fieri in loco ſine motu: cui reſpondent hęc aduerbia eiuſdem naturæ, hic, iſtich, illic, ibi, intus, foris, vbique, vtrobique, paſsim, nuſquam, ſupra, infra, ſubtus,

princeps, præcipuus, primus, & ſupremo gradui.

Quam, pro valde, vno verbo contentum, nominibus ſupremi gradus: vt oportet auditores quam gratiſsimos eſſe, & quam ſępiſsime repetere lectiones. Pro quãtum figurate, aut duo verba deſiderans, nominibus abſolutis: vt reiecit ſe in eum flens quã familiariter: & quam pulchre curaſti quod tibi cõmiſeram; hoc eſt, quantum familiariter, & quantum pulchre.

De Interiectione.

O Tribus caſibus adiungitur. Nominandi; vt o vir fortis atque amicus. Accuſandi: vt o variam volucremque fortunam. Vocandi: vt o Pamphile ſalue.

Heu, & proh, quartum caſum aſciſcunt: vt heu me miſerum, proh Deum, atque hominum fidem. Interdum vocandi, aut nominandi caſum: vt heu pietas, proh dolor.

Hei, væ, & ah, tertium caſum poſtulant: vt hei mi, væ vobis, ah tibi.

De Syntaxi figurata.

EXplicata propria Syntaxi partium orationis, de figuris, quibus figurata conſtructio continetur, pauca dicamus.

Figura conſtructionis eſt, innouata di-

Tertio, nomine, & participio: vt Paulo concionante omnes ſtupebant.

Quarto, pronomine, & participio: vt illo reclamante nihil à me impetrabis.

Linacer adducit quintum modum ex ſolo participio præteriti in neutro genere: vt Pli. De ſatu arborum abunde monſtrato, &c. Diſſoluitur autem ablatiuus abſolutus varijs modis per, cum, dum, ſi, quamquam, quamuis, poſtquam. Lege Linac.

De Verbo Infinito.

INfinitum verbum eſt, quod certis numeris, & perſonis deſtitutum, indiget ſemper verbo alterius, vel eiuſdem modi, vt perfectum ſenſum ſignificet: vt deſinunt peccare mali formidine pœnæ; & Virgil. Nec poſſe Italia Teucrorum auertere Regem.

Exigit à fronte accuſandi caſum perſonæ agentis in agenti ſignificatione, & in patiente eundem caſum perſonæ patientis; a tergo caſum verbi vnde emanat: vt honeſtum eſt bonos ciues defendere patriam, & filios improbos puniri à parentibus.

Sed infinitum ſuppoſito expreſſo venuſte ceret, ſi iſpum, & verbum alterius modi eodem referantur: vt cupio placere bonis

Digitized by Google

n̄is, & minime lædere malos. Si autem ad diuerſa pertineant, ſuppoſitum neceſſe eſt exprimatur; vt iubeo te bene ſperare, & bono animo eſſe.

Infinitum eſſe, & infinita reciprocorum poſt ſe exigunt caſum ſimilem præcedenti: vt omnes cupiunt eſſe beati. Aliquando vero in obliquis diſsimilem: vt licet nobis eſſe bonis, vel bonos; vtor doctis cupientibus eſſe amicis, vel amicos: & intereſt Regis eſſe prudentem.

Verum ſi huic verbo videor, adhæreat infinitum eſſe, non tertius caſus, ſed rectus ſequatur oportet: vt patres ſapientes videntur filijs eſſe iniqui.

Infinitum ſequitur eleganter verba ad voluntatem explicandam, & ad ſenſus pertinentia; tum patientia quædam reciproca, & vim, aut imperium ſignificantia: vt volo, cupio, video, intelligo, iudicor, videor: cogo, impello, iubeo, impero.

Adhæret etiam his verbis, ceſſo, deſino, gaudeo, pergo, perſeuero, audeo, ſpero, credo, confido, & verbis reminiſcendi, tum imperſonalibus actiuæ vocis: frequenter etiam nominibus adiectiuis cum verbo ſum, es, eſt, ſociatis: & his ſubſtantiuis fas, nefas, res, opus, neceſſe, rumor; quibuſdam

Lætus, dignus amare, vel amari, cupidus legere, vel legendi, & piũ eſt amare Deũ, in neutro genere.

dam quoque participijs præſentis temporis, volens, metuens, cognoſcens, & ſimilibus.

Infinitum proprio futuro caret: ſuppletur tamen periphraſi quadã ex priori ſupino, & infinito ire, in agenti voce, & iri, in patienti: vt ſpero me auditum ire Theologiam, vel Theologiam auditum iri à me. Aut ex participio futuri in rus, & eſſe, in agenti: & in dus, cũ eodem verbo eſſe in patiente: vt ſcio te auditurum eſſe diſciplinas, vel diſciplinas à te audiendas eſſe.

Raro ex participio in dus.

Sed periphraſis participij in rus, in neutra voce reperitur omnibus generibus, ac numeris accommodata: vt credo meos auditores hoc dicturum, & hanc ſibi rem præſidio ſperant futurum; verũ hoc futuro iam non vtimur.

De Gerundio.

GErundium dictum eſſe exiſtimatur, quod in rei gerendæ adminiſtratione verſetur, vel quod gerat ſinificationem & conſtructionẽ verbi à quo deſcendit: quod duplex eſt, ſubſtantiuum, & adiectiuum.

Gerundium ſubſtantiuum, præter caſum vocandi, omnes caſus habet ſingulares, ſine variatione perſonarum, ac generum: vt pe-

tendum

Digitized by Google

Digitized by Google

tendum pacem à Rege: vt tempus eſt colendi literas: non ſum ſoluendo: venio ad defendendum patriam: lectionem ediſcendo profeci.

Sed Gerundium nominandi, gignendi, & dandi caſus, ab agenti verbo ſignificat actionem: accuſandi & auferendi, actionem & affectionem: vt ad cognoſcendum illuſtre, memoria excolendo augetur. A neutro gerit eius verbi vnde ducitur ſignificationem. A communi, & deponenti vtrumque ſignificat.

Sed gerundiũ gignẽdi caſus aliquãdo ab agentibus affectionẽ. Le. Linac. A deponẽti fere ſẽper actionem.

Gerundium adiectiuum omnia genera, numeros, & caſus habet, iungiturque nominibus ſubſtantiuis, & ſemper affectionem ſignificat: vt voluenda dies en attulit vltro, hoc eſt, volubilis, & quæ voluitur: ſuſtineo curam erigendæ reipublicæ: do operam rebus agendis, ad tuendos amicos libẽter accedo, & orationẽ Latinam legendis noſtris efficies pleniorem.

Hoc gerũdium quibuſdã eſt participiũ præſentis patiẽtis vocis. Conſule Vallam, & Linacr.

Ducitur autem hoc Gerundium à verbis tantum cum accuſandi caſu conſtructis. Nõ enim dicimus, venio huc tui ſeruiendi cauſſa, ſed cauſſa obſeruandi tui.

Differt Gerundium adiectiuum à participio futuri in duobus, tempore & conſtructione. Nam illud præſentẽ rei adminiſtrationem

tionem ſignificat,& perſona agenti caret: vt tenet me occupatio explicãdæ lectionis,hoc eſt,quæ à me explicatur.

Hoc vero futuram rei adminiſtrationem ſignificat,& perſonam agentem habet:vt lectio explicanda eſt à me, hoc eſt, quæ à me explicabitur.

Excipe gerũdia reciprocorũ Non enim dices,tempus eſt veniendi lætus,nec delector veniendo lætus.

Gerundium ante ſe nullum caſum regit, poſt ſe tamen Gerundiũ ſubſtantiuum verbi ſui caſum expoſcit in agenti ſignificatione: vt tempus eſt comparandi eloquentiam, parendi, bene monendi,carendi culpa. Adiectiuum abſolute ponitur, & cum ſubſtantiuis quibus adhæret, conuenit: vt facultas eſt nunc adoleſcentibus eloquentiæ comparandæ

In poſteriori exẽplo malim vti participio in dus

Gerundium nominandi caſus verbo ſubſtantiuo iungi ſolet in omnibus modis, & temporibus.Poſt ſe dandi caſum exigit perſonæ agentis vtriuſque numeri, & caſum verbi vnde ducitur: vt bonis carendum eſt culpa; & Cicero, iterandum eſt eadem iſta mihi.

Hoc gerũdium gignendi caſus aliquãdo recipit gignendi.

Gerundium gignendi caſus nomina ſubſtantiua antecedunt, ratio, cura, facultas, tempus, vis, cauſa, gratia, ſtudium, amor, & ſimilia: vt eſt mihi cura monendi meos auditores. Aliquando præcedunt etiam nomina-

Digitized by Google

mina adiectiua: vt ſum cupidus audiendi, & imperitus dicendi. caſum pluralem nobis nõ imitandum.

Gerundium dandi caſus adhæret quibuſdam adiectiuis, & verbis cum dandi caſu conſtructis: vt idoneus repetẽdo, aptus diſputando, inuigilo docendo; frequenter etiã huic verbo Sum, es, eſt: vt Cicero non eſt inficiando reus, nec tu ſoluendo eras. *El culpado no puede negar, ni tu podias pagar.*

Gerundio accuſandi caſus apponuntur quinque præpoſitioones, ad, ob, propter, inter, ante: vt ad dicendum paratus, ob tacendum, propter amandum, inter legendum, ante domandum ingentes tollunt animos. Sed Gerundium adiectiuum ſubiectum his verbis, mãdo, curo, loco, habeo, pro debeo, & quibuſdam alijs agentibus, nullam præpoſitionem admittit: vt literas ad te mittendas curabo.

Gerundium auferendi caſus ſuccedit his præpoſitionibus, in, de, è, ex, à, ab, cum, pro: vt in denegando pudor, de recipiendo amicos tecum egi: pro vapulando mercedem petis, & ratio recte ſcribendi iuncta cum loquendo eſt.

De ſupino.

SVpinum duplex eſt, prius deſinit in um, iungiturque verbis ſignificantibus mo- Poſterius ſupinũ ver

bis motum è loco ſignificantibus appoſitum, nomē eſſe cenſetur: vt venio venatu, hoc eſt, de venatione.

cum ad locum, poſt ſe cum caſu ſui verbi conſtruitur: vt eo deambulatum, admitor ſpectatum fabulam, & do venum ſeruos. Poſterius exit in u, patientem obtinet ſignificationem; adhæret nominibus adiectiuis; & poſt ſe nullum caſum regit: vt facile viſu, ideſt, vt videatur, vel ad vindendum. Quod abit in nomen trifariam: primum, addito adiectiuo: vt ceruus præditus eſt magno auditu. Deinde gignendi caſu admiſſo: vt careo toto viſu oculorum. Poſtremo ſubſeruiente præpoſitione: vt nonnihil ex odoratu percepi.

De Participio.

Vehens, tōdens, & quędam alia, in ſignificatione patiēti reperiūtur Participiū pręteriti à deponentibus etiam aliquando affectionē.

PArticipium præſentis, & futuri in rus, ab omnibus verbis ſignificat actionem, præterquam à neutris patientibus: vt amans, amaturus, ſeruiens, ſeruiturus. Futuri in dus, affectionem: vt amandus, loquendus. Præteriti à patientibus affectionem: vt amatus: à deponentibus actionem: vt locutus: à communibus vtrunque: vt largitus.

Participium habet ſuorum verborū conſtructionem, tum reciprocam: vt Sylla habitus eſt indoctus, tum tranſeuntem: vt amans virtutem, victurus hoſtem, amatus à patre, amandus à bonis.

Hæc

Digitized by Google

Hæc tamen verba, compeſco, diſco, linquo, metuo, poſco, renuo, reſpuo, ſpuo, timeo, vrgeo, vt ſupinis, ita participijs ab illis deductis carent.

Participiũ tribus modis mutatur in nomen; conſtructione: vt amans virtutis, doctus literarum; temporis amiſsione: vt pater amandus eſt, hoc eſt, dignus amari, & venerandus, hoc eſt, dignus veneratione; compoſitione: vt innocens, indoctus, inauditus, indiligens.

Quidã addunt alios duos modos, qui ad ſecundum modũ poſſunt referri.

De Aduerbijs.

Aduerbia demonſtrandi cum recto, vel accuſandi caſu cõſtruuntur: vt en Priamus, en capellas, ecce homo & hominem: En, exprobans, cum quarto caſu: vt en promiſſa.

Aduerbia loci & temporis, patrio caſui iungi poſſunt: vt vbi locorũ, nuſquam gentium, vbique terrarum, eo miſeriæ; interea loci, tum temporis: & negandi, minime gẽtium.

Aduerbia loci quadrifariam diſtinguuntur. Nam vbi ſignificat rem fieri in loco ſine motu: cui reſpondent hęc aduerbia eiuſdem naturæ, hic, iſtich, illic, ibi, intus, foris, vbique, vtrobique, paſsim, nuſquam, ſupra, infra, ſubtus,

Quo, ſignificat motum ad locum : vt quō tendis? Reſponde: huc, iſtuc, illuc, eò, illò, foras, intrò, quoquo, peregre, ſurſum, deorſum.

Qua, ſignificat per quem locum : vt quà trãſiturus es? Reſpondebis, hac, iſthac, illac, quaqua, quacunque, quaquauerſus.

Vnde, à quo loco: vt vnde venis? huc adde: hinc, iſthinc, illinc, inde, eminus, cominus, alicunde, necunde, foris, intus, vndecunque, ſuperne, inferne.

Ad quorſum, reſpondent hæc aduerbia; horſum, iſtorſum, illorſum, præorſum, retrorſum, dextrorſum, læuorſum, ſiniſtrorsũ, & ſimilia in orſum.

Alexander ab Alexandro in ſuis diebus genialibus affirmat cõtra Gelliũ aduerbia in um, iungi aliquãdo comparatiuis.

Aduerbia in um, nominibus poſitiuis anteponuntur: vt tantum doctus quantum acutus, parum ſapiens, nimium audax. Tum hæc, ſane, per, apprime, admodum, valde, & ab his compoſita, cum particula quam: vt perquam gratus, ſane quam eruditus.

In o, nominibus comparatiuis : vt quo ſapientior, eo melior iudicatur.

Multo, & longe, adhærent etiam ſupremo gradui : vt multo doctior, & doctiſsimus: longe ſapientior, vel ſapientiſsimus.

Facile, pro haud dubie, his nominibus, prin-

princeps, præcipuus, primus, & ſupremo gradui.

Quam, pro valde, vno verbo contentum, nominibus ſupremi gradus: vt oportet auditores quam gratiſsimos eſſe, & quam ſępiſsime repetere lectiones. Pro quãtum figurate, aut duo verba deſiderans, nominibus abſolutis: vt reiecit ſe in eum flens quã familiariter: & quam pulchre curaſti quod tibi cõmiſeram; hoc eſt, quantum familiariter, & quantum pulchre.

De Interiectione.

O Tribus caſibus adiungitur. Nominandi; vt o vir fortis atque amicus. Accuſandi: vt o variam volucremque fortunam. Vocandi: vt o Pamphile ſalue.

Heu, & proh, quartum caſum aſciſcunt: vt heu me miſerum, proh Deum, atque hominum fidem. Interdum vocandi, aut nominandi caſum: vt heu pietas, proh dolor.

Hei, væ, & ah, tertium caſum poſtulant: vt hei mi, væ vobis, ah tibi.

De Syntaxi figurata.

EXplicata propria Syntaxi partium orationis, de figuris, quibus figurata conſtructio continetur, pauca dicamus.

Figura conſtructionis eſt, innouata di-

cendi forma, quę circa Grammaticam conſtructionem verſatur.

Sunt autem figuræ conſtructionis octo: Appoſitio, Euocatio, Syllepſis, Prolepſis, Zeugma, Syntheſis, Antiptoſis, Sinecdoche.

Appoſitio eſt duorum nominum ſubſtãtiuorum in eodem caſu cohærentium ſine copulatrice coniunctione: quorum prius a poſteriore declaratur: vt Taurus, mons, vrbs, Valentia. Cicero parens eloquentiæ.

Euocatio eſt reductio tertiæ perſonæ ad primam, vel ſecũdam, ſine vlla coniunctione: vt ego Torrella doceo, tu Chriſtophorus audis.

Syllepſis, Latine dicta Conceptio, eſt comprehenſio ignobilioris perſonæ, generis, & numeri ſub nobiliore: vt ego & tu ſumus in tuto, maritus & vxor ſunt irati, filij & pater optãt diuitias, tu cum ſorore eſtis hæredes.

Cum in hac figura nobilius præſtet cæteris ſciri oportet, quæ perſona, & quod genus, ac numerus reliquis antecellat.

Eſt igitur prima perſona nobilior cæteris: ſecũda ſoli tertiæ antefertur: vt ego & tu, vel ego & præceptor recte valemus: tu & frater diſputatis.

Maſculinũ etiam fœminino, & neutro antecellit:

Digitized by Google

lit: vt Rex & Regina ſunt beati: dominus, vxor, & mancipia irati ſemper rixantur: fœmineũ præſtat neutro: vt ſoror, & mancipium ſunt formoſæ.

At in rebus inanimatis ſæpius neutrum præſtat vtrique: vt ſtylus, lectio, & ſtudium ſunt neceſſaria.

Denique numerus pluralis antecellit ſingulari: vt milites & Imperator defendunt ciuitatẽ. Si vero dicas: Imperator & milites pugnant, vel milites cum Imperatore, non fit Syllepſis. Fit & Syllepſis caſus, quando ſuppoſitum eſt diuerſorum caſuum, ſed copulatum præpoſitione cum: vt ego cum populo deſideramus, tu cum matre lauti cœnatis, Lucretia cum Portia caſtiſſimæ iudicantur.

Prolepſis, dicta Latine Præſumptio, eſt quando partes totum ſequuntur, verbo nõ repetito: vt duæ aquilæ volant, vna ab Oriente, altera ab Occidente: & Virgilius.

Compulerantque greges Corydon & Thyrſis
in vnum.
Thyrſis oues, Corydon diſtentas lacte capellas.

Zeugma, Latine Connexio, eſt vnius verbi, vel nominis adiectiui ad diuerſa reductio, quod ſemper propiori affinitate reſpondet: vt hic illius arma, hic currus fuit. Filijs & matre mortua gener duxit vxorem.

Eſt autem triplex, Prozeugma, Meſozeugma, & Hypozeugma; quę ex varia verbi, vel adiectiui collocatione diſcernuntur. Verum ſi per comparationem, vel ſimilitudinem loquamur, verbum cum remotiore concordat: vt ego ſicut tu ſcribo; præceptor melius quam diſcipuli iudicat.

Syntheſis, Latine dicta compoſitio, eſt ſenſui, & non voci accommodata oratio, in qua vel nominatiuus diſcordat à verbo numero; vt turba ruunt, populus clamant; vel ſubſtantiuum ab adiectiuo genere, aut numero, & genere: vt triſte lupus ſtabulis. Virgil. Pars merſi tenuere ratem. Quæ orationes non ad vocem, ſed ad ſenſum dicuntur referri.

Antiptoſis eſt, cũ caſus pro caſu vſurpatur: vt Eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit: it cœlo clamor, hæret pede pes. Virgil. Vrbem, quam ſtatuo, veſtra eſt. Vbi accuſatiuus pro recto, & datiuus pro accuſatiuo, & ablatiuus pro datiuo collocatur.

Synecdoche eſt, cum id quod partis eſt, tribuitur toti: vt albus dentes, pedibus æger, flauus capillos, doleo caput, vel capite, expleri mentem nequit, & redimitus tempora lauro.

In

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

In his autem ablatiuis, in quibus nonnulli aliquando hæſitant, dum citãtur auctores, lib. 1. cap. 2. epiſt. 3. ſcena 4. fol. 5. pag. 6. lin. 7. §. 8. & ſimilibus, eſt eclipſis præpoſitionis, in qua figura eſt cõmunis omnium partium orationis. Lege Linacr.

AD LECTOREM.

HAbes hic, amice Lector, breuem, ac ſuccinctã de vtraque partium orationis Syntaxi inſtitutionem, quam in gratiam noſtrorum auditorum typis curauimus excudendam. Reliqua, quæ forſitan tibi videbuntur neceſſaria, viua voce in prælectionibus, atque exercitationibus quotidianis edocebimus: quæ hinc etiam conſulto reiecimus, ne multitudine præceptorum pueri in re Grammatica parum exercitati, perterriti, deſiſterẽt ab inceptis. Tu igitur noſtro cõſilio cognito, hanc operam æqui, boniq; conſulito.
Vale.

Finis Syntaxis.

IOANNIS CATALANI Morellani Medici, & Artis Poeticæ Candidati, in laudem Libelli Ad Lectorem.

CARMEN.

QViſquis inexhauſta caperis dulcedine linguę
  Romuleæ, nec vis longius ire: mane.
Ecce ſuam Torrella tibi nunc perficit artem,
  Ordine tam facili, quam queat vlla dari.
Qua noſces, miro vt liceat compendio ad artes
  Ferre gradum celebres: ni tibi longa placent.
Compoſuere quidem Syntaxis dogmata plures,
  Præceptiſque ſuos inſtituere nouis:
Defuit at multis grauitas ſermonis, & ordo,
  Et breuitas alijs; quæ colit iſte Liber.
Vnde vetus ſanxit (lecto poſt ſæpe libello)
  Tarraco, vt hunc verſet nocte, dieque puer.
Sanxerat hoc primũ generoſa Valentia quondã,
  Arripuit felix mater Ilerda ſibi.
Perpinyanus idem iam nũc celeberrima poſcit,
  Ne careant tanto munere forte ſui.
Appetit hoc Bætis: cupit & Catalonia votis
  Ardens: exoptat Celtiber ipſe quoque.
Credo equidẽ (nec vana fides) properabit ad In-
  Vt fera gens diſcat caſtius Inda loqui: (dos.
Obſecro quid quæris Lector? cũ carmine velles
  Proponi obſcuro, quæ documenta petis?
Erras: quin eadem longis conſcripta papyris?
  Deſipis, ars longa eſt, & tua vita breuis.
Vis ergo facili, & grato ſermone doceri?
  Hunc lege, quo lecto, tu cito doctus eris.

Perge,

Digitized by Google

Perge,rogo,Torrella,tuum iam cudere librum;
Quo nihil eſt orbi pulchrius hercle datum.
Sæpius excuſſus,nunc excudatur & idem,
Sæpius,vt pueros ſæpius ipſe iuues.
Deſine,ſi populum naſo ſuſpendit adunco
Zoilus,& cudit non bene ſarta loquax.
Cude tuum,propera,rumpantur vt ilia bardis;
Millia cum centum non ſatis eſſe ſcient.
Hinc pueri læti,iuuenes verſate,ſeneſque,
Hunc rudis,& doctus voluat vtraque manu.
Hunc etiam relegat docturus quoſque magiſter,
Inſtruet is nulla verius arte ſuos.

Cuiuſdam amici.

Quæ fuerat quondam Marti gratiſsima Turris;
Iam placuit Muſis,fœdera pacis habens.(tes,
Hæc recipit Nymphas,recipit Driadeſq.viren-
Quas fouet,& laſſas allicit ipſa ſinu.
Ne times igitur cupiens doctiſsimus eſſe,
Ad Turrem ſacram nunc properare iubens.

Exultatio Syntaxeos ad ſtudioſos adoleſcentes.

SOrdida quæ quondã tenebris inculta iacebã,
Et latui longo ſemiſepulta die.
Olim dicebatur quartus.
Extollor tandem maculis purgata vetuſtis:
Depoſitis tenebris luce reſurgo nitens.
Perdideram verũ graſſante Sophiſmate nomen:
Perdideramque meum contaminata decus.
At modo sũ facilis,ſunt & mihi candida verba:
Munere Torrellæ,ſum cumulata bonis.
Ad me igitur iuuenes læto concurrite plauſu,
Et placeat vobis dogmata noſtra ſequi.

Ad

Ad Potentiſsimum, atque Inuictiſsimum Hiſpaniarum Regem Philippum, Ciuitatis Valentiæ congratulatio.

Auctore Ioanne Torrella, in Academia Valentina publico profeſſore.

ILla ego quæ quondã, generoſa Valentia flebã,
Et iacui mœrens, exagitante metu:
Exſurgo gaudens, oblato Rege Philippo,
Qui toto fulget clarus in orbe potens.
Mœſta peroptabam eius vultum cernere gratũ,
Conſulibus fidis, ciuibusque atque meis.
Annuit hoc Chriſtus, precibus miſeratus & hymnis,
Vt compos voti, nunc fierem ipſa mei.
Sit, precor, aduentus proſper tuus, inclyte Princeps,
Et quoque ſis ſaluus, ſint comiteſque tui.
Ordo triplex lætus congaudet pectore toto,
Quod videat Regem conualuiſſe ſuum.
Lætantur Muſæ, ſchola ſupplex læta precatur
Conſerues leges, auxiliumq. feras.
Te ſolum patrem compellat, teq. patronum;
Subuenias orat, ſis memor atque ſui.
Panduntur portæ, plaudunt iuueneſq. ſeneſq.
Gens tota exultat: clerus & ipſe ſacer.
Vndiq. conueniunt proceres, populiq. ſequaces,
Fœminei ſexus, magna caterua ſimul.
Cernere qui cupiũt Regẽ, ſobolemq. micantem,
Regales liberos, pignora chara patris.
Atque meũ vulgus currens tota vrbe vagatur:
Quotq. videt proceres, tot putat eſſe Magos.

Quos

Digitized by Google

Digitized by Google

Quos lumen ſtellæ radiantis duxerat olim,
Ad puerũ Regem, vere hominem, atque Deũ,
Ductilis hinc tuba, cũ citharis & fiſtula dulcis,
Ordine concordant, exhilarantq. ſono. (tur,
Tympana quę reſonãt, quibus vrbs cõmota vide
Demulcent animos, gaudia magna ferunt.
Noctibus & tenebræ pelluntur vbique locorum,
Et reddunt noctem, lumina clara diem.
Conſpicies tandem ludos & prælia ficta,
Quæ recreant omnes, dum tua facta canunt.
Nec te pœniteat, Princeps æquiſsime, noſtra
Mœnia luſtrare, & templa videre ſacra.
Gratulor aduentum tibi, Rex ſanctiſsime Regũ,
Hoſteq. deuicto proſpera ſemper agas.
Filiolus princeps, nobis gratiſsimus, annos
Neſtoreos viuat, ſceptra paterna tenens.
Et tua progenies, Clara Eugenia inclyta gnata
Cæſareo nubat conſociata viro.

Valentia.

Munera pro meritis nequeo perſoluere digna,
Viſcera pro donis, magne Philippe, cape.

IOANNIS TORRELLAE in laudem Diui Lucæ.

CARMEN.

NOn ego Pierides, Faunos, Driadeſq. virentes,
Numina nec poſco vana fauere mihi.
Illa profana nefas, ſacris inuoluere rebus
Dedecet, & ſacros vel memorare viros.
Tu mihi ſis fautrix, te ſupplex virgo Maria
Deprecor, vt ducas carmina noſtra manu.

Nam

Nam colitur Lucas Medicus celeberrimus, inter
Eximios Medicos, doctor & eximius.
Laudibus hũc igitur cupiens celebrare Patronũ;
Numina depoſco, Virgo Maria, tua.
Presbyter inſignis fertur pius Antiochenus,
Qui docuit doctos, doctus at ipſe prius.
Is Medica arte potens, morbos curauit acerbos,
Atque malæ mentis reddidit ille bonos.
Hiſtoriam ſacram, diuino numine flatus,
Conſcripſit Vates, & ſimul Hiſtoricus:
Pictor & egregius magnum ſuperauit Apellẽ,
Moribus ingenuis, ac pietate placens.
Dicitur & Pauli ſectator, verus amicus,
Dogmata qui Chriſti nos monet, atque docet.
Virginis effigiem hic noſter depinxit Apelles:
Atque ſacrum fecit ſæpe Maria tibi.
Tum matrem Chriſti tanto pendebat honore,
Vt merito credas perplacuiſſe Deo.
Doctrina viguit Lucas ſanctiſsimus auctor,
Qua potuit cunctos exuperare viros.
Hunc voluit Chriſtus deſcribere geſta ſuorum;
Quos ſemper charus fouit & ipſe ſinu.
Hinc humilis docuit, doctos parere ſuperbos:
Depoſito faſtu, viuere deinde pie.
Felix ante alia ſchola tali ornata patrono,
Cedere qui nulli relligione ſolet.
Sunt alibi celebres, clari, ſanctique patroni:
Numine nemo tamen ſplendet in orbe magis.
Currite Doctores, huc huc conuertite greſſus,
Purpureos flores, lylia ferte manu.
Sacra canãt iuuenes, reſonẽt quoq. carmina ſa-(cra,
Exultent cuncti, munera grata ferant.
Thuribus incenſis fument altaria circum:
Frondibus appoſitis, vndique feſta notent.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Laurus honor Phębi, roſa tu pulcherrima florũ,
Myrtus & exornet viuida planta virens.
Conſcriptiq. patres, vrbis tutela beatæ,
Hac luce ornentur laudibus eximijs.
Tuque ſimul faueas Syriæ decus inclytę nobis,
Tuque regas cunctos, ſancte patrone ſimul.

Eiuſdem de laudibus ſanctiſsimæ Crucis.

SI Lybicas vnquã quiſquam numerauit arenas,
Aequoreos piſces, aſtraque cuncta Poli:
Ille tuos celebrare poteſt; Crux inclyta, laudes:
Quas vereor digne promere poſſe ſatis.
Sed ſi quando Dei veniat mihi ſpiritus ille,
Qui blæſis animum verbaq. ſuppeditat:
Tunc ergo tentabo laudum tranſnare tuarum
Oceanum cymba, dummodo vela regas.
Nunc tamen ex multis arbor ſuauiſsima dicam,
Te electam Chriſti tangere membra ſinu.
Aſpectu cuius ſubito pelluntur inanes
Dæmonis incurſus, contremit atque Satan.
Vincimus hoc ligno muniti Dæmonis artes:
Vincimus & ſigno quodlibet inde malum.
Curantur morbi, fugiunt phantaſmata noctis,
Arbore, quæ nocuit, proſpera vita datur.
Hanc opifex mundi voluit producere plantam,
Gigneret vt fructus, tolleret omne nefas.
Felix ante alia Arbor pleniſsima donis,
Quæ meruit mundo ferre ſalutis opem.
Nos quoque felices effecti munere tanto,
Tollimur ad cœlos, auxiliante Cruce.
Sis igitur Chriſti nunc Crux ſanctiſsima nobis
Auxilium præſens, gloria, noſtra ſalus.

Andræas

Digitized by Google

Andræas Semperius Valentinus Alcodianus ad Torrellam.

CVr dubitas Torrella tuam vel terq. quaterq.
Edere Syntaxim, cur bona tanta negas?
Cur fugis hanc laudem, qua te per ſecula multa
Hoc cumulabit opus, quin ſuper aſtra vehet?
Cur etiam ſolus contemnis vota, preceſq.
Illorum, qui te nunc rogitare ſolent?
Quod tibi quærendum fuerat, ſi forte careres:
Cum videas præſens, ne, rogo, deſpicias.

Nobilis Franciſcus Calſtelluinus ad Lectorem.

CArmina Virgilius quōdam gratiſsima fecit:
Premia ſed Vates barbarus ille tulit.
Hoc metuens, noſter voluit Torrella magiſter,
Addere cognomen verſibus inde ſuis.

Eiuſdem.

Clara dies venit, cedant iam ſydera Soli:
Qui tenebras radijs luſtrat in orbe ſuis.

VALENTIAE,

Apud Petrum Patricium Mey, iuxta Templum D. Martini. 1619.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google